Vos quoque, ô nobiles Argentorati incolæ, ſinu veſtro Caluinum excepiſtis, etſi nondum apertè Caluiniſtam, Eccleſiam Gallorum exulum fouiſtis, nunc ad Lutherum irrita prima profeſsione, rediſtis. Varie agitata eſt nobilis illa ciuitas, nam primo cùm à Catholica antiquitate receſsit, Lutheri dogmata, deinde Zuinglij ſecuta eſt, tertiò iterum Lutheri, quartò Vbiquitatẽ, & formulam Concordi bergensẽ Anno 1599. admiſit. Da, ô Deus, vt inter tot errorum fluctus in diuerſa ferentium, tãdem in patrium portum reuehatur.

Non poteſt hic nos animus iungere: nam vna nobiſcum è ditione Georgij Saxoniæ Principis ipſo Luthero auctionãte, & accuſante, proſcripti eſtis. Nam *Caluiniani* vt loquitur hiſtoria, *ſuum virus in Eccleſiis & Scholis, atque adeo ipſa aula ſpargere conati ſunt*. Illius igitur viri Apoſtaſiam feſto gaudio celebratis, per quem ſi ſtetiſſet, non eſſent Caluiniſtæ, qui vos acrius, quam Papiſtas perſecutus eſt.

Iam in ſuũ ſanguinẽ ſæuire crudelis

Caluinismus cœpit, vt Petrus Conzenus Bernatum minister testatur. *Hinc exaudiri fremitus populi: voces spargi ambiguas: & vix vsquam tuta fides. Senatus vbi sic misere permisceri videt omnia, ne grauiores subinde sierent motus, Synodum cogit è vestigio, orditur tragœdia, pugnatur in diem tertium, aliis aliud vtrimque queritantibus. Astitit autem nobis Dominus, vt tametsi res nostra amplius tum prouehi nequiuerit, nihil tamen detrimenti isthoc paroxysmo susceperit. Megander nactus iam ante adiutorem Erasmum quẽdam, nobis satis malepropitium, quem sibi in opus ministerij è Schaffhusia primum adsciuerat.*

Transigimus ergo annum ferè totum, mucronibus satis triste vtrinque coruscantibus, donec tandem veniret cum Capitone Bucerus, qui absterssis à se fœdissimis aspergimbus obtrectatorũ quorundam, victricem nobis porrexere manum.

Iterum Tigurina Synodus nouos clamores, reprehensus Bucerus. Ecce nunc vno campo decurritis, & pari-

paribus curis gaudia sæcularia celebratis; quid anno 1538. factum sit legite: dicet Bucerus Epist. ad Comandrum: *Vnam hanc rationem fraternæ collationis esse, qua cum Apostoli ipsi, tum omnes veri Episcopi, & Ecclesiarum Patres, nebulas tam dogmatibus, quam reliquæ administrationi offusas dispulerint. Verum, quamlibet improbe huiusmodi conuentum, & mutuam communicationem rogauerim, eaque de causa ipsos non semel adierim, sæpius me obtulerim, nunquam tamen impetrare ab illis potui, vt sui ad huiusmodi Collationem copiam mihi facerent. Et si quando publico Consilio conuentum Basileæ est, manibus & pedibus semper repugnarunt, ne controuersias, propter quas componendas aderamus, coram legatis excuteremus. Cumque ipsi inter nos committeremur, moras quoad potuerunt, abrumpebant. Nos tamen nullam prætermisimus occasionem, eo illos adducendi, vt sententias coram viris piis, & cordatis conferrent. Vbicunque intelleximus eos conuenire, ipsis nos adiunximus: etiam cum iam cœpissent nos suis hominibus*

parum amice commendare, eosque ita contra nos inflammassent, vt plerique amicorum qui audierant, quæ Tiguri de nobis voces iactabantur, dehortarentur nos Tigurum proficiſci, metuentes nè insigni ibi iniuria afficeremur. Attamen cum nobis ipsis probe conscij essemus synceræ illius dilectionis, eoque nec ab ipsis possemus expectare, quæ sunt inimicorum; Cum Anno 38. studio Basiliensis Senatus & Ministerij, conuentus ciuitatum, quæ inter Helueticas Euangelium purius profitentur, indictus esset, vt de instituta consensione Ecclesiarum in doctrina Sacramentorum tandem constitueretur, libenter conuentum eum adiungentes nos Basiliensibus, adiuimus, Fratribus Tigurinis non solùm inuocati, sed etiam, quod ipsi testabantur, inexspectati, summèque ingrati, id quod mitto. Hoc tamen commemorare volo, vt videas, mi frater, quibus illi nos apud suos elogijs, commendarint. Cum primo die conuentus oblatis consilio literis, quas à Senatu nostro attuleramus, exspectaremus in vestibulo eius aulæ, in qua solet haberi Senatus, quidam ægrè retineri po-

potuerunt, id quod postea resciuimus, quin illic coram multa hominum turba nobiscum contumelioſis verbis expostulassent, cur ad ipsos venissemus, Ecclesiam, ac Rempub. perturbatum? Haud tamen potuit excitata indignatio animorum ita comprimi, quin grauissimæ in populo contra nos voces iactarẽtur; quin studioſus quidam Adolescens nobilis versibus, nescio quibus nomen nostrum fœdare conatus sit.

ANNVS 1539.

ANNO 1539. magna facta est ad Lutherismum accesio morte Georgij Ducis Saxoniæ, qui post disputationem Lipsicam cognitis Lutheri erroribus, in religione firmus perstiterat. Gratissima illius mors Luthero accidit, sed breuia fuere alcedonia, nam Lipsiæ professores noui in diuersas, deinde horrendas hæreses abierunt.

Occupatã Lipsiam mox dissensione perdunt.

AN-

ANNVS 1540. 1541.

Errorum breuis ætas est, veritas æterna est.

Decennalia celebrare Confessio Augustana non potuit.

Ignari suæ Confessionis Lutherani ad orbitam reuocantur.

ANNO 1540. & 1541. Decennalia Confessionis Augustanæ celebrata sunt, non voluntate Lutheranorum, sed coactu Catholicorum. Nam in Colloquio Ratisbonēsi, cum de fide disceptandum esset, sententiæque Lutheranorum, & Confessiones variæ proferrentur, in hoc serio Granuellanus Cæsaris Legatus incubuit, vt certi limites figerentur, scirentque Catholici, qua linea Lutheranis esset occurrendum. Ad primam itaque Confessionem pudore mutationis appellarunt, quamuis auctores, & collocutores eam non sequerentur. Nec mutatam modo, sed mutilatam etiam esse, fatentur historici Confessionis, decimus enim articulus amicitiæ Zvinglianorum ab occultis fautoribus est donatus. Certissimū esse ait hist. Confess. August. *Neminem omnino mutationem illam priuato arbitrio, atque consilio suscipere debuisse: Non enim priuati alicuius hominis scriptum est illa Confessio*

fessio sed omnium Ordinum, qui Cæsa-
reæ Maiestati eam exhibuerunt, com-
mune ac publicum Symbolum est, quo fi-
dem atque Confessionem suam tunc tem-
poris professi sunt, & adhuc profitentur.
Vnde etiam plerique Ordines sæpius de
illa mutatione conquesti sunt: Et inter a-
lios Inclytus Senatus Norinbergensis, ad
Principem VVolffgangum Palatinum ea
de re literas scripsit, vti postea in historia
anni 1561. dicetur. Et etiamsi in exem-
plaribus mutatis, quædam alicubi decla-
rata sunt, vti supra de articulo iustifica-
tionis meminimus, ex aliis tamen libel-
lis, qui omnium Ordinum non sunt com-
munes, hoc æque, & quidem rectius, com-
modiusque fieri potuisset. Licet etiam
plerique dicant, quendam summi no mi-
nis Principem decimi articuli mitigatio-
nem à Philippo petijsse, quod in eam ve-
nisset spem fore, vt & Heluetij ad Augu-
stanæ confessionis subscriptionem hoc pa
cto permoueri possent (Vnde Anthitesin
illam, & improbant secus docentes, ple-
rique omissam volunt,) nullam tamen e-
iusmodi plausibiles, & concinnæ ratio-
nes, doctrinæ derogantes, merentur ex-
cusationem.

Tot in cõuentibus mutatæ Confessionis nõ est sola causa Philippus.

Verba

Verba illa: *Et improbant secus docentes*, Buceranis concliationib. donata, Philippum ea dere Pontanus Legatus Saxonicus accusatuit. *Magistrum Philippum etiam conatum esse Celsitudinis Vestræ, & cæterorum Principum atq; Ordinum confessionem corã Cæsarea Maiestate editam, in quibusdam capitibus immutare, mitigare, editionemque illius de nouo repetere, id quod Vestræ Celsitudinis opinione, quia confessio ea non ipsius, sed Vestræ Celsitudinis, & reliquorum Ordinum propria esset, intermittere debuisset. Hinc enim Celsitudini vestræ & reliquis eiusdem confessionis sociis, incertitudinem atque inconstantiam in doctrina obiectam, & vulgus quoque hominum offensum esse.*

Quod cõmuni consilio probatum fuit, id si male cedat vni imputatur.

Præfatio etiam in librum Concordiæ idem indicat. *Animaduertimus* inquiunt (*quod cunctis notum est*) *quosdam sub prætextu verborum posterioris editionis corruptelas in negotio Cœnæ, & alios errores contexere, & occultare voluisse.* Wolffius sane Zvinglianus ait, decimum articulum Papizare nimium,

mium, ideo à Philippo cõmuni consilio mutatum.

Hac de re prudentissimè omnium monuit Clebitius ex Lutherano Sacramentarius, *de mutatione confessionis apud populum agendum non esse.* Cautum sane cõsilium, omnia dedecora tegere, populo imponere, & orthodoxos videri. Nunc igitur quæro veram, integram, & quam omnes sequantur confessionem. Deinde quinam ex Lutheranis hæretici, qui γνησίως Lutherani sint habẽdi? Quicquid agant, quocunque clauum torqueant, fluctus vtrimq; inuoluunt.

ANNVS 1542. 1543.

ANNO 1542. & 1543. orta noua de Cœna disputatio, de sessione Christi ad dexterã Patris, de duabus in Christo naturis varie tumultuatum est, etiam Francofurti ad Mœnum, & necdum decisæ lites populum diuidunt.

Hoc etiam anno in Lutheranos arietem temperauit vir domo nobilis, hæresi famosus Caspar Swenckfeldius,

Errantib. semper noua est occasio errãdi.

feldius, cui testimonium scribunt Synodales Mansteldici. *Quamuis omnes eius errores sint horrendi, tamen inuenisse discipulos, & applausores, neq; sane illos infimæ sortis homines, qui eum fouent, & officinas librarias aperiunt.* Multitudinem igitur & ille traxit, & Svenckfeldio geminus, Dauid Georgius, aliam quoque hæresin commentus est. Pergo ad annum sequentem, & ipsum cor Lutheranismi inspicio.

ANNVS 1544.

ANNO 1544. Lutherus moræ impatiens alta silentia rumpere, bellum indicere, atq; ense recluso ire in Zvinglianos statuit. Ea de re Philippus vehementer commotus, apud Heluetios clandestinos amicos, & Wittebergenses Academicos fautores conquestus est, causam non dissimulat Historia Cõfessionis, *quod illares esset paritura*, inquit, *grauissimum etiam inter nostros odium.* Quid ais? Zvinglianorum oppugna-

pernicioſi ſunt amici qui conſilia hoſtibus aperiunt.

pugnatio Luthero ſuorum odium pariet? & odium grauiſsimum? Vnde hoc odium, niſi ex læſo amico? Heluetii igitur amiciſsimi Wittebergenſibus erant. Erant profecto, imo Zvingliani erant. Ipſam Lutheranorum hiſtoriam ex ore eorū audiamus. *Sed & ante illud tempus, etiam Electore Ioanne adhuc ſuperſtite, interdum ſuſpiciones ac ſimultates VVittenbergæ exortæ ſunt, quæ variis rumoribus occaſionem dederunt, quaſi plerique profeſſorum Theologorum non eſſent in Doctrina ſinceri, ſed prauis opinionibus de iuſtificatione hominis coram Deo, de bonis operibus, de libero arbitrio, & ſimilibus imbuti à D. Luthero & Pomerano diſſentirent. Ea res optimum Electorem admodum ſollicitum atque anxium reddidit, vnde etiam mali iſtius ab Academia depellendi gratia, D. Pontanum eo ablegauit, certo inſtructū mandato, cuius hæc fuit ſumma: Celſitudinem ſuam metuere, vt D. Martino, vel ſeſe rebus humanis exempto diſſidia longe vehementius colantur atque agitentur. Cui incommodo niſi mature obuiam eatur,*

Duo tantum erant Lutherani inter doctos VVittenbergæ, ratio eſt, quia non poteſt aut pluribus, aut vni videri ſemperidem, niſi verum.

postea forte nullum fore remediis locum: Idq; eo magis, quod viris apprime doctis Academia abundare incipiat, & multi inter Iurisperitos præcipue inueniantur, qui leuib. etiam de causis cõtentiones cupidissime moueant. Ad hæc Celsitudinem suã etiam metuere, vt studiosorũ pleriq; hæc animaduertant atq; arripiant, qui proculdubio postea patrocinium horũ errorum contra agnitam, & confessione nostrorum approbatam veritatem susceptur sint. Vt aũt Se & D. Martino ad huc viuo contentiones illas sciens ferat, & radices agere sinat, atq; ita grauioribus dissensionibus & offensionibus occasionem præbeat: Id vero salua conscientia ac pietate neutiquã se facere posse nec velle. Et quanquã Celsitudo Sua Academiã clementer à se fundatam, singulari fauore complectatur, quæ sub Philippo Melanchthone etiam præclara sumpserit incrementa, celare tamen Celsitudinem Suam vtrumq; & D. Lutherum & Pomeranũ minime posse se, quam dissidia ista ferat, hoc commissurum potius, vt vel exigua, vel nulla etiam, quod tamen Dominus auerterit, Academia remaneat.

Dissensio non nisi sublata Academia collitur.

Nos miramur, Confessionẽ anno-

rum 14. iuuenculam toties, totq; amatorib. violatam, cuius castitati tot decretis, conuentibus, Colloquiis, Synodis, iuramentis, coniurationib, humana calliditas, potentiaq; prospiciebat, sed nihil poterat humana iuduſtria, ipsi custodes eius in præuaricatione primi erant. In patrio conclaui, in suo sacrario, in ipsa Academia Wittebergensi, à suis præsidibus infelix opprimitur, tanta rei indignitate, vt in perpetuam nefarii facinoris detestationẽ, Academię interitũ minaretur Illustrissimus Elector, & q; crimen exaggerat, in conspectu aui sui Lutheri, lenocinante patre ei⁹ Philippo. Vbi ergo tũ Lutherismus? vbi iubilus? vbi lętitia sæcularis? V ę mũdo, vę cœcitati, cœci cœcos, sed omnes in eandẽ dãnationis foueã trahũt. Lutherus *multos reduxit*, multi ergo iã recesserant, & q; publice in comitiis Catholicæ veritati opponebat, id domi velut hęreticũ dãnabat. *Multi optabãt*, vel vt in margine scribitur, *Plerig; dißidiũ Lutherũ inter, & Philippum optabant. Plerique*

Quid crediderunt VVittebergenses, cum à Lutherodissentirent, & confessionẽ violassent?

Bellum omnium pater.

profecto, & ideo, vt Lutheri auctoritatem euerterent, nam eo tempore Crucigerus intimus Lutheri odiosissimas ad Heluetios literas scripsit. Plerique postea pulsi sunt *Certissimũ est*, inquit historia, *Lutherum tunc temporis fuisse virũ summe afflictũ, & variis circumdatũ hostibus, & plerosq; quos inter sinceros ac fidos habuit, non semper eam, quam pro sua pietate de ipsis conceperat, fidem ei præstitisse. Inter cæteros autem de Bucero sub id tempus conquestus fuit: quod nimis esset lubricus, & in reformatione Coloniensi, veram corporis & sanguinis Christi in sacra Cœna præsentiam, nec vno quidẽ verbulo dilucide expressisset. Vnde ad Philippum sese excusantem (quod non ipse, sed Bucerus Articulum de cœna in reformatione Colonienji conscripsisset) dixit: Bucerus nihil præter conciliationes tractat: Apud me vero nihil quicquam amplius loci suis conciliationibus restare nouerit, &c.* Quid ergo in tanto luctu discordantis Ecclesiæ, in mœstitia Lutheri sæcularem lætitiam fingitis? quid claudicante quadrupede phaleras populo ostentatis?

Talione plectuntur orthodoxos expulsi, ab hæreticis hæretici pelluntur.

Abiit

Abiit iam tum Confessio, reuerti debet, vt est in prouerbio.

Verum nihil hoc anno illustrius reformatione, quam Hermannus Coloniensis Archiepiscopus moliebatur, reformatione, inquam Bucero-Philippica, seu Zvinglio Lutherica. Ea erat duorum hominum fraudulentorum ingenio ficta religio, ex duabus sectis efformata Chimęra, quam tam Tigurini & Lutherus, quam Catholici abominabãtur. Miratur Lutherus in c. 6. Gen. *Quantum sectarum excitauit Satan nobis viuentibus, & omni studio in id incumbentibus, vt puritas doctrinæ retineatur? Quid futurum est nobis mortuis? profecto tota agmina Sacramentariorũ, Anabaptistarũ, Antinomorũ, Seruetianorum, Campanistarum, & aliorum hæreticorum producẽt, qui nunc victi puritate verbi, & assiduitate piorum doctorum, latent, in omnes occasiones stabiliendorum suorum dogmatum intenti.*

Ne sero quidem sapit Lutherus, repagula fustulit, & effundi equos miratur.

Parum est ô Luthere, recondita sunt maiora monstra, sequentur agmina Osiandrinorum, Flacciano-

rum, Maioristarũ, Vbiquitariorum, Concordistarum, Stancarianorum, Adiaphoristarum, Defensorum liberi arbitrii, Assertorum bonorum operum: omnes illi de putredine Lutheri germinarunt, sed eo viuo nomina ignota erant.

ANNVS 1545.

Paruum veritatis est præsidiũ, multis admissis vnũ errorem excludere.

ANNO 1545. Bellum Sacramẽtarium recruduit, Heluetii ab Hasso, & Argentoratẽsib. in fœderis societatem adsciti sunt, Saxoniæ tamen Princeps, non modo id improbauit, sed libros etiam eorum proscripsit. Hoc anno præparata omnia sunt ad colloquium Ratisbonense,

ANNNVS 1546.

Res enim abierat.

ANNO 1546. mortuus est Lutherus, cum iam annorum 39. esset Lutherismi nomen. Confessiones Augustanæ anni erant 16. Conscientias omnium hominum appello, hos duos annos vt considerent

derent; rogo, Catholicos, vt errantes miserentur, Deumque orent, Lutheranos, vt cum viderint dolendum esse, cum didicerint Lutherum suæ Doctrinę superstitem fuisse, omne chaos omnium sectarum ex aulis, & Gynæceis inductum, certo cognoscant, & veteres Lutheranos, & se, nisi in viam redeant, inexcusabiles fore.

Peruersa Doctrina in auctorē redit.

Primo tanta erat eo tempore morum dissolutio, contemptusque Lutheri, vt flens ipse, eiulansque, & furiis agitatus, tam magnis malis subducere oculos statuerit, quod & ante tentarat. Sunt de his plura in Epistolis Lutheri, sed hist. August: collectores itam rem narrant. *Accidit hoc ipso anno*, nempe 1545. *vt Lutherus ætate grauis, ob morum petulantiam, & scandala à quibusdam piarū admonitionum impatientibus VVittembergæ excitata, atq; in dies cumulata, vehemēter afflligeretur, adeo vt Academiæ etiā pertæsus, VVittebergā discesserit, & Merseburgi apud Ducē Georgiū Anhaltinū, aliquādiu delituerit: Ex quo loco etiā*

ad vxorem ſuam in hanc ſententiam ſcripſit: Vltimum iam annũ vitæ ſuæ in hoc mundo ducendæ adeſſe. Et quia partim propter morum diſſolutionem, partim etiam propter concionum atque admonitionum ſuarum contemptum redire VVittembergam non cogitet, Philippo & Pomerano dicat, vt Eccleſiæ ſuo nomine valedicant. Ipſa quoque domo ac ſupellectile diuendita, ad ſe commigret: Siquidem eam VViteberga rationem poſt mortem ſuam futuram eſſe, vt nullum ex quatuor mundi elementis, illam eo in loco tolerare facile poſſit.

Hæreſes ſemper in peiora ducunt, donec ipſis hæreſiarchis intolerabiles fiant.

Iuſtus es Domine, & iuſtum eſt iudicium tuum, dixiſti enim: *Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædabere?* Et: *qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? cum fatigatus deſieris contemnere, contemneris.* Quid igitur Lutheriſmum ſæcularibus ludis colendum indicitis, cum Luthero locus in Eccleſia ſua ſub mortem nullus fuerit? Audite obſecro hiſtoricos veſtros, & obſtupeſcite, nam maius malum eſt, quam vt fleri debeat. Mittebantur ad colloquium Ratiſbonenſe Primates

Lu-

Lutheranorum, Bucerus è Zvinghianis transfuga, Brentius pater omnipotentis Vbiquitatis, Snepfius Principum adulator, Maior nouæ mox hæreseos seminator, & Maior quidem loco Philippi, cui non fidebat Lutherus, multis iam alienationis indiciis, & offensionibus, vt fit inter ambitiosos, & pares, intercurrentibus, sed historiam audiamus: *Prius vero quam itineri sese daret, concliones quasdam publicas Vitembergæ habuit. Cumque 17. Ianuarii die, ex his 12. cap. epistolæ Paulinæ ad Rom. verbis (duo vobis per gratiam quæ mihi data est) postremo ad populum concionaretur: Verbo simpliciter immorandum, nullumque prorsus rationi locum relinquendum esse, paterne & fideliter suasit atq; commonuit.* Omnes Academię Archilutheranæ professores viuente, & vidente Luthero, suspectæ fidei examinandi erant, quid de cæteris iudicare fas est, cum omnes, etiam Maior ipse Lutheranus non esset? Formam Euangelii vestri, & statum Ecclesiæ vestræ intuemini, &

Pseudolutherani ad colloquiũ missi, indicio sunt Luthero viuo veros Lutheranos defuisse.

ponite grandes animos, & verba in Iubilationem erumpentia. Colloquiũ communi Imperatoris & Principum omnium consensu indicitur, de rei summa dimicatur, ex toto Lutherismo nemo inuenitur, cui illius defensio committatur, dubiæ religionis Doctoribus mala causa committitur. Bucerus periurus, fallax, impostor, qui anno 1545. ad Hassiæ Principem dederat *literas acerbas & vehementes, ea verborum ambiguitate, vt simul de Catholicis, & Lutheranis accipi possent.* Quas cum ad Electorem Landgrauius misisset, dubitauit is Luthero, & Philippo ostendere, *ne acerbis, & amarulentis Buceri literis magis offenderentur,* Et ille tamen tumẽte discordia, contra Catholicos in aciẽ educitur. An dubio milite rẽ agerent, si vllũ, cui crederẽt, in castris haberẽt? Forte vt tumultũ sedarent, in hostẽ educere tẽtabant, sed stulti imperatoris est, summã rei permittere ducib., de quorũ fide, ac volũtate dubitet. Fucus igitur est, qcquid de Lutherismo cẽtenario populis obtenditur,

Nouis hæreticis à Lutherismo apostatis defensio eius permittitur.

ditur, abiit ille, erupit, euasit, Lutherus ipse fugiẽs oculos illi clausit, extremumq; halitum ore legit. Quicquid nunc docetur, Pseudo-Lutherismus est, in nomen & familiã famosi Doctoris per fraudem irrepsit.

Quid liceat, nescivit adhuc, & cuncta licere credidit.

Hoc anno 1546. iuuentam ingreditur Lutherismus, è patria enim potestate exiit, sui iuris iam, & moris mortuo parente Luthero, iraque sumpta pura hasta, imo sumpto sago, custode remoto, maiora tentabit. Quid vero ab eo exspectes, qui vitiis suis parentem, tam vitiis fauentem domo expulit? Quid cum totus suus erit, cum in suum sine metu ingeniũ remigrauerit? Ante tam horrenda, & flagitiosa Wittebergã inuexit vitia, vt Lutherus ea ferre nõ posset: cum enim semel mali mores bonas leges oppresserunt, eo statim peruenitur, vt nec vitia, nec remedia ferre possint. Sed non putabat se degenerẽ à patre tali vllis flagitiis fieri posse, nec vllo modo efficacius probaturũ, se talis Doctoris esse prolẽ, quã si talis esset. Celeriter itaq; iniquitates

tes compleuit, & fastigium tenuit.

Procliuior vsus in peiora datur, suadetque licentia luxum, illecebris effrena fauet.

Res consideranti horribilis est. Is qui incestis nuptiis sacrilege viuebat, qui legem Dei seruatu impossibilem dixerat, qui ad salutem bona opera necessaria negarat, qui ad damnationem scelera trahere, nisi quis nollet credere, inficiatus erat, qui in lupanari suo clamitarat, *si non vult vxor, veniat ancilla*: Ille tam impurus, tam licentiosus, vitia wittebergensis ciuitatis, quam annos 39. docuerat, ferre non potest. Viros bonos sceleratorum flagitiis offendi antiquũ est, oculos iusti Loth offendebant Sodomorũ libidines; Samuel reiectum à Deo Saulem perpetuis lacrymis deflebat, filii Israël tam vitiis, quam gladiis Prophetas occiderunt: sed homines extrema exempla meritos, vitiorum antesignanos, & Doctores, suorum vitia iam fuga, & voluntario exilio declinare, id nouum est, & signum est, vitia illa, vitiosissimis intolerabilia, iam humanum modum supergressa esse, ὑπερβολὴ, hoc est, vt Aristoteles loquitur, ὑπερβολὰς

βολὰς τῆς κακίας, & beluinam induisse naturam. Sed ad lineam, & Lutheranismi considerationem animum intendamus.

Nemo adeo credis tantum delinquere, quantũ permittas, adeo indulgent sibi latius ipsi.

Hoc anno facta conspiratione bellum Cæsari, & Romanorum regi fecêre Protestantes, de quo historici Conf. Aug. fatentur tristissimas persecutiones se passos, sed qua fortitudine restiterunt? sic narrant. *Et præcipue propter impium atque abominandum Interreligionis librum (quem Interim vocarunt) permulti superioris Germaniæ Ecclesiarum Ministri in exilium pulsi fuerunt: quorum plerique in Helvetiam digressi, Lutheri, siue puriorum Ecclesiarum confessione relicta, ad Zvinglianissnum defecerunt: Et in Ecclesiis Zvinglianis functionibus impetratis, publicis postea scriptis, errorem sacramentarium defendendum susceperunt. In eorum numero fuerunt Ambrosius Blaurerus, Vvolffgangus Musculus, Gervasius Scholasticus, & plerique alii. Tristis autem ista Apostasia manifestimo documento est, etiam homines maximis donis instructos, specioso, & politicis viris*

Facile ab hæresi deficiunt, qui à vero apostatarũt.

ris commendabili lenitatis ac modestiæ prætextu, à clarissima veritatis luce abduci posse: præsertim si maximæ spes ab omnibus undiquaq; fiant, multo plus ea ratione proficipossse, quam si nimius rigor adhibeatur. Id quod Luthero cum his & aliis plerisq; Sacramentariis usu venit.

Prius vero q̃ iter Ratisbonense ingrederetur D. Maior, Lutherũ salutandi valedicendiq; gratia, accessit, & in vestibulo musei ipsius hæc verba propria Lutheri manu adscripta inuenit (nostri professores examinandi sunt de Cœna Domini) quibus permotus, ad hunc modum ipsum interrogauit: Reuerende Domine Pater, quid sibi volunt hæc verba? cui optimus vir respondit: Ea omnino quam legitis, & quam sonant, ipsorum est sententia. Domum enim vbi vterque reuersi fuerimus, examen instituendũ est, ad quod tu non minus, quam reliqui vocandus eris. Cumque D. Maior suspicionem illam, maxima verborum attestatione, & confessione etiã sua luculenter addita, à se remouere conaretur: hoc tandem responsi tulit. Tacendo ac palliando temetipsum suspectũ reddis: si ita sentis vt iam mihi dixisti, dicas hoc etiam in

ctionibus, concionibus, & priuatis col-
quiis, & fratres tuos confirmes: erran-
s in viam reducas, & proteruis ſpiri-
bus contradicas, alias confeſſio tua in-
nis quædam larua eſt, nec quicquã pro-
eſt. Qui de ſua Doctrina, fide, ac confeſ-
ne certus eſt, tum his, qui falſam Do-
rinam profitentur, non facile in eodem
erſabitur ludo, nec ſemper molliter Di-
bolũ ac ſquamas ipſius tractare poterit.
i quis Eccleſiæ Doctor ad errores obmu-
ſcat, & nihilo ſecius pro ſincero Doctore
aberi velit, is manifeſto hæretico ne-
uior eſt, & ſua aſſentatione plus nocet,
uam quiſquam hæreticus nocere poſſit.
ali Doctori non eſt fidendum: Lupus eſt,
ulpes eſt, mercenarius, & ventricola
t, qui Doctrinã, verbum, fidem, Sacra-
enta, Eccleſiã, ac Scholas deſerere, imo
odere non verebitur. Eiuſmodi homo,
el occulte cũ hæreticis in eodẽ hæret luto,
Academicus ac ventoſus eſt, euentum
ſpectãs, An ſc. Chriſtus, an vero Sathã
btineat? vel prorſus ſecũ fluctuat, & di-
ipuli ctiã, nedũ Doctoris nomine indi-
nus eſt, Neminem n. offendere, & nec
hriſti verbũ loqui, nec Diabolo etiã aut
undo agre facere cogitat, &c. Quæ

Quæ fuerit constantia, exitus docuit, plerique exilio fidem immutarunt, & adhuc calente Lutheri cadauere, ad eius se hostes Zvinglianos, quos ille diabolos incarnato, nominare solebat, cõtulerunt, pristina retractarunt, & functionibus impetratis Lutherismũ oppugnarunt. Quis tunc animus miseræ plebis, quæ eos voras, & solos Euangelicos Doctores esse putabat? Documento fuit eos instabili stetisse gradu quiatam leuis impulsus deiecit. Nos eos cecidisse non miramur, qui non in veritatis solido, sed opinionum lubrico steterunt, sed tum primum cecidisse nego, calamitas detexit, non fecit ex malo errore in deteriorem apostatas. Iam antè Zvingliani plerique erant. si enim Philippus, & omnes pene Professores Wittebergenses ea lue correpti aliud loquebantur, aliud sentiebant, cur de eorum discipulis, auritis, & quadratis Prædicantibus aliud credamus? Vbi est igitur ô Lutherani gloriatio vestra. Doctrina exaruit, iniquitas instar

Leui damno fidem immutãt.

De omniũ professorum fide dubitat Lutherus.

nſtar fluminis inundauit, res tota e-
ianuit, ſtat magni nominis vmbra,
& veri inanes populos, opinionibus
ſuperbiſſimis inflat.

ANNVS 1547.

ANNVS 1547. Saxonico bello il-
luſtris fuit, victi Principes, ſup-
plicesq; à Cæſare humaniter habiti,
ciuitates etiam veniã cõſecutæ ſunt,
ed bellũ ipſum etſi leniter geratur,
calamitoſum eſt. Verum nihil adeo
victis, captiuiſque Principibus acer-
bum fuit, populisque lamentabile,
quam quod videret, Miniſtros, quo-
rum adhortationibus prætextu reli-
gionis in belli difficultates erant im-
pulſi, ne ſocij calamitatum eſſent, in
Heluetiam profugere, religionem-
que Principum, pro qua bellum ſua-
erant, concionibus, ſcriptisq; pro-
cindere, cladibus illudere, pœnas
meritas illatas exprobrare, eas tan-
quam hæreticos execrari, ô rem ipſis
montibus, & ſiluis luctuoſam! Do-
ctores Lutheranos, belli incentores,
qui vita & ſanguine Euangelii liber-
tatem defendendam aſſerebant, qui

Prædicãtes Lutherani ſuos Principes irridẽt, victis inſultant.

Quæ fuerit constantia, exitus docuit, plerique exilio fidem immutarunt, & adhuc calente Lutheri cadauere, ad eius se hostes Zvinglianos, quos ille diabolos incarnato, nominare solebat, cõtulerunt. pristina retractarunt, & functionibus impetratis Lutherismũ oppugnarunt. Quis tunc animus miseræ plebis, quæ eos voras, & solos Euangelicos Doctores esse putabat? Documento fuit eos instabili stetisse gradu quiatam leuis impulsus deiecit. Nos eos cecidisse non miramur, qui non in veritatis solido, sed opinionum lubrico steterunt, sed tum primum cecidisse nego, calamitas detexit, non fecit ex malo errore in deteriorem apostatas. Iamantè Zvingliani plerique erant. si enim Philippus, & omnes pene Professores Wittebergenses ea lue correpti aliud loquebantur, aliud sentiebant, cur de eorum discipulis, auritis, & quadratis Prædicantibus aliud credamus? Vbi est igitur ô Lutherani gloriatio vestra. Doctrina exaruit, iniquitas instar

Leui damno fidem immutãt.

De omniũ professorum fide dubitat Lutherus.

instar fluminis inundauit, res tota euanuit, stat magni nominis vmbra, & veri inanes populos, opinionibus superbissimis inflat.

ANNVS 1547.

ANNVS 1547. Saxonico bello illustris fuit, victi Principes, supplicesq; à Cæsare humaniter habiti, ciuitates etiam veniã cõsecutæ sunt, sed bellũ ipsum etsi leniter geratur, calamitosum est. Verum nihil adeo victis, captiuisque Principibus acerbum fuit, populisque lamentabile, quam quod videret, Ministros, quorum adhortationibus prætextu religionis in belli difficultates erant impulsi, ne socij calamitatum essent, in Heluetiam profugere, religionemque Principum, pro qua bellum suaserant, concionibus, scriptisq; proscindere, cladibus illudere, pœnas meritas illatas exprobrare, eas tanquam hęreticos execrari, ô rem ipsis montibus, & siluis luctuosam! Doctores Lutheranos, belli incentores, qui vita & sanguine Euangelii libertatem defendendam asserebant, qui

Prædicantes Lutherani suos Principes irridentes victis insultant.

pro aris, & focis pro verbo Dei in arma cogebant, captis Principibus, vastatis agris, multatis viribus, perfidiam, hæresin, idololatriam, artolatriam exprobrare, & ex tuto victis maledicere. An & hoc dignum est Iubilo & Iubilæo? ego vero miserrimum esse iudico, sed tamen miserabilius, quod talibus adhuc credatur, quod vero etiam de tantis malis festos, lætosq; dies indicant plebi, quod

Insignis perfidiæ exemplũ.

Albatos cogant in templa Quirites,

Id tale esse arbitror, q̃ in lacrymas etiam ipsos Errantes cogere debeat. Sed transfugæ illi scelerati, qui remãsere sinceri. Id quomodo habeat, sequentiũ annorum series edocebit.

Mortuo Alexandro primas quisque sperat.

ANNVS 1548.

ANNO 1548. Captis principibus, nondũ sanatis belli vulneribus, Ministri Lutherani cladibus efferatiores, dum primas quisq; ambit, in mutua excidia exarserũt, nullũ Colloquium, nullus cõuentus sine noua acerbitate esse potuit. Ortũ est inter ipsas tubas grande disidium rigidorum, & molliũ: molles nonnihilopinio-

Lutherani molles, & rigidi.

nio-

niones attemperarunt, rigidi extrema tenuere; Witteberga & Lipsiæ, quibus præcipua in Lutherismo auctoritas, molles consedere; Magdeburgi, aliisq; locis rigidi sedem locarunt. Qui mirum in modum molles describunt in historia Aug. Confess. Ex ipsius scholis exijsse fatentur, qui religionem inuerterint, sed amplius veritas dicit, in ipsius scholis vix vllum fuisse, qui Lutherismum ex animo defenderit.

Non erãt paucorum, sed totius corporis pugnæ; omnes Lutherani erant in partibus, & quis hæreticus esset, dubitabatur.

Quæ fuerit ratio omnium, ex Epistolari veritate discemus. Philippus Melanchthon ad Georgium Principem Anhaltinum ita scribit. *Nunc in his tumultibus, animi docentium ita sunt exulcerati suspicionibus, odijs, studijs factionum, vt conuenire multi non possint.* Loquitur vero de suis Lutheranis in Saxoniâ. Nec ipse vtpote inter molles securus. Sed *creduliter*, inquit Epistol. ad Ioan-

Disidia totius Lutherismi.

nem Draconitam. *In me Osiander,& βλακικὸς ὄχλος impetum fecerunt.* Sed nec mores emendati plagis. *Vides,* inquit Epist. ad Hieronymum Wellerum. *Vides quanta sit iuuentutis petulantia,& ἀσέλγεια hoc tristi tempore.* Aperta vero fuisse Schismata ostendit eiusdem Epistola ad Ioan. Baptistam Hencelium. *Sed vide quales sint voluntates quorundam, in oppido Mollen, quod vicinum est Lubecæ, conueneruut quidam concionatores, ex aliquot vrbibus, qui dicuntur fœdus feciſſe, se nõ venturos ad vlla colloquia.* Et ad Georgium Agricolam. *Sed alibi tumultuantes, Flaccius, Heshusius,& eorũ manipulares, prorsus se disiũxit Heshusius, postquam videt Flaccianam turbam in vulgo et in aulis habere ventos secundos.* Ne vero sola Melanchthonis audiatur oratio, legite Heshusij de exorcismo Epistolam. *Quoquo vertimus oculos intuendo Christi cœtum, nihil propemodum occurrit, quam noua docentium dissidia, incrementa errorum insignium, Doctorum defectiones à veritate, Ministrorum piorum oppressiones, Scholarum*

Aulæ religionem accommodant.

vel

vel euerſiones, vel corruptiones, & Eccleſiarum, quæ laudabiliter erant conſtitutæ, in quibus ſana Chriſti Doctrina fulgebat, quæ domicilium erant veritatis, & Sancti Spiritus officina, triſtiſſimæ vaſtationes. De Lutheranis loquuntur, & dolent, quæ igitur inter tot ſectas eſt, quæ Iubilæum canit, quæ euocat ad publica gaudia? Vſq; adeo omnes Lutherum deſeruerunt, vt Vitus Theodorus, ſeruiliſſimũ, & ſimpliciſſimum Lutheri mancipiũ, Caluinianis acceſsiſſe multis videatur, nec apologia liberorũ eius poſthuma illam maculam in hodiernam vſque diem deterſerit. Aſpice magne cœlorum rector, & tot contentionũ arbitrium ſume, ecce miſerrimæ animæ, poſtquam orthodoxæ veritatis portu ſeſe eiecerunt, inter tot pereundi vias, ancipiti ſtant ſtupore, quodque eſt deſperantium, deliberant, quam in partem cadant. Hinc vada & ſcopuli, illinc Charybdis. In tanto conſtitutis metu contumelioſiſsima gaudia indicunt Prædicantes, quorum magna pars neſcit, qua in

Facies hæreticarum Eccleſiarũ.

Vitus Theodorus.

Multitudo ſectarum facit vt nec diſcrimina ſciat populus, nec vlli credãt.

in factione militent, normã docendi ex aula mutuaturi.

ANNVS 1549.

Cedunt aperti Lutherani lectis Caluinistis.

ANno 1594. præcipue infremuit Illyricus, dum Theologos Wittebergenſes, Lipſienſes, in primis vero Melanchthonem mutatæ confeſſionis, & Luthericorum librorum adulteratorũ accuſat, perfidiã & falſi crimen haud innocẽtibus impingit. Sed tamen Illyricus cedere Saxonia coactus eſt, factioq; aduerſaria cõfeſſionis & lucubrationum Luthericarũ adulteratrix tenuit principatum, aulę, & politicorum potentia prouecti. Anno quidem 1548. in ſynodo Lipſienſi eatres propoſita, deliberata, & in effectũ pene perducta fuit. Pudebat non tam Theologos, quam Principes, & viros politicos, patriarchæ ſui libros tam eſſe ſcurriles, tot errores, & contradictiones cõplecti: conſilio igitur Melanchthonis ordinem librorum, numerum tomorum immutarunt, omiſerunt, reddiderunt, inuerterunt, quæ viſum fuit. Illyricus,

Scripturã falſa interpretatione deprauãt, patres reiiciũt, Lutheri ſcripta commutant.

ricus, & Gallus Lutherani, & postea totum Concilium Altembergense queruntur, eos Magistri sui Lutheri Doctrinam corrupisse, & deprauasse. Anno vero 1564. Boquinus Brentium salse irridens ait: *Quomodo de Doctrina Lutheri certi esse potestis, qui de numero tomorum eius operum nõ estis certi?* Accessit deinde Ambsdorffius alpha Stentorum, & tanta voce, vt omnes Lutherani exaudierint, exclamat, *Illa censura, vel potius castratione, verbo Dei magnam factam iniuriam.* Iam tum ergo Witteberga & Lipsia recesserat Lutherismus, nec annus ille aureum numerum Euangelicæ Hecatontados augere potest.

Tum ergo in libris Lutheri verbũ Dei erasum.

ANNVS 1550.

ANno 1550. nouis cladibus, dissidijsq; laboratũ est; Magdeburgum obsidetur, ad synodum Tridentinam mittitur cum socijs Melanchthon, sed Confessionẽ Augustanam Concilio offerendã iterũ mutarunt, opus hoc erat, consultore Melanchthone, Wittebergẽsium, & Lipsien-

Ituri ad Conciliũ Tridentinum consentire in vnam professionem non potuere.

sium, quos alij vt hæreticos infamarunt, articulus decimus de Eucharistia ita expressus fuit, vt Caluinistas non excluderet. Brentius, Marbachius, & magna pars Lutheranorum Confessionem illam reiecerunt. Errantium lapsus perpendamus. Mittuntur ad generale totius orbis Christiani Concilium ex vna parte legati, fidem duarum Academiarum, quam cæteri Lutherani hęresin vocant, deferunt, primas legationis tenet Melanchthon, quem falsarium, cothurnum, Pelagianum, Arianum, fratres eius appellant, qui paulo post ad castra hostium defecit. *Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini*, nõ modo talibus creditur, legationis committitur principatus, animarum salus tam mutabili Vertumno in manꝰ traditur, date viam lacrymis, ô Iubilatores, in luctum gaudia conuertite, simulatio Lutheranismi; non modo res ipsa ex oculis longe sublata refugit. Statuamus nunc Concilium ab omnibus Europæ Principibus indici, quam

Ad Concilium Tridentinum nullus Lutheranus qui mitteretur, potuit inueniri.

ex

ex innumeris sectis fidē adferetis? Fatetur Iacob. Andr. in colloq. Hertzb. Cōfessionē illā à paucis nomine Ecclesiarū subscriptā. Pauci illi, si consenserunt cum omnibus Ecclesiis Lutheranis, cur postea ab illis pulsi sunt? Si nouam religionē tenuerunt, cur mittuntur hæretici pro tuenda orthodoxia? quis igitur dicat eo tēpore verum fuisse Lutherismum, cū illi qui publico Consilio missi sunt, Lutherani non essent, & confessionem ferrent non Lutheranam?

ANNVS 1551.

Anno 1551. Osiander in Prussia cum in aula præualeret, Ioachimum Merlinū pepulit, omnes ad vnū Lutheranos damnauit, Philipp. se Caluino tā manifeste addixit, vt protestari ille non dubitaret, se si vel minimū à Melanchth. sentētia discedere cōuectus esset, omnia reuocaturum.

ANNVS 1552.

Anno 1552. Germania nouo bello arsit, quemadmodum etiam anno 1553. & 1554. nec tamen in tantis periculis, furor, & rabies

Prædicantium frenos pati, aut quiescere poterat; nam in conuentu hominum ambitiosorũ vnusquisq; incrementum quærit, nec vlli cedit. Quisq; sententiam suam ita pronunciabat, ne postremus esse videretur. Ciuitatum magistratus religionem moderabantur, aulæ Principum intervenationes, & ludrica de Doctrina pronunciabant, de articulis nouatæ fidei iam politicorum ructus iudicabat. Seuera, sed iusta numinis iracundia, qui n. vetera concilia, Patresq; & Episcoporũ decreta spreuerant, ad parasitorum, & Gynæceiorũ imperia trepidi parere cogebantur. Centuriatores 7. cent. in præfat. *Magistratus politici, aut etiam eorum ministri, censorio quodam supercilio nouam religionis formam præscribunt, & non minus imperiose, quam Romanus pontifex obtrudunt.* Miserabile quidem est, apparitorum & satellitum iussibus religionem temperari, & constitui, multo vero indignius, Lutheri discipulos, grandium verborum Doctores, collegas, fratresque ad

Hoc est fumum fugere, & in ignem incidere.

Ante in prædicantes cadebant folia, nunc arbores.

ad ea tribunalia trahere, vbi tales præſidere iudices non ignorabant. Querela illa Melanchthonis in præf. corp. doct. iam pueris decantata eſt, cum luget, *Iugum pontificis Romani quod de ligno fuit, eſſe abiectum, è contra iſtorum hominum, nempe Politicorum, quod de ferro eſt, iugo colla ſubiecta.* De ſymmyſtis ſuis, & magiſtratibus, ſeu potius magiſtratuum Epiſcopantium miniſtris, eadem in præfatione Melanchthon queritur. *Cum iſto mirabili hominum genere agi nihil poteſt, qui ſuo arbitrio damnant quodlibet, neque perſonis, neque rebus diiudicatis, cogunt concilia, quando & vbi ipſis placet, & vendicant ſibi maiorẽ ac magis horribilem, ac minus excuſabilem auctoritatem, quam Papa Romanus vnquam, quæ quo tandem euaſura videantur, cogitet.*

Spernunt iugum Chriſti leue, Aulæ ferunt iugũ graue.

Quo euaſerint, poſteri dicimus; nec tacuit Maior oratione quam hac de re declamauit. *Obiiciunt nobis Papiſtæ ſcandala, & diſſenſiones: Ingenue fateor eiuſmodi talia eſſe, vt ſatis deſleri nequeant. Fateor quoque ſimplicia pecto-*

Ferreũm ſæculum Lutheriſmis.

pectora propterea ita moueri, tentari, & molestari, vt omnino dubitent vbinam locorum in profundo demersa veritas inuenienda sit? an etiam vera Dei Ecclesiæ vspiam adhuc superstit! Tuum, ô maxime Maior, hominis simplicis pectus vidimus, nec suppetunt nouę lacrymæ nouis malis, simplicia pectora tentantur, duplicia insaniunt, dum sibi quisque Ecclesiam vendicat, per Eudoxias, Iustinas, Theodoras, Eutropios, Gainos, Rufinos, vinclis, exiliis, confiscationibus locios depellit. Non posse satis ista defleri fatetur Maior, at nostri Prædicantes negant se satis posse ista ridere, nec intra sinum lętitiarum magnitudinem posse continere, publico, & theatro tam magna felicitas gaudet. Partem felicitatis putant, felices videri, vnde enim Iubilæa tam discordia? vnde Iubilæum Haidelbergense, & Wittebergense, & quidem in vnum annum? vnde paria.

Dubitant sicc causa iam Lutherismus in Doctoribus non erat nec in discipulis nusquam igitur.

Signa, pares aquilas, & peila minantia peilis?

An

An quia mutuo æmulantur? & magis iam Saxonia timet, ne Caluinistico energemate supprimatur, quã sperat, vt Vaticano potiatur? Vicino periculo mouetur, sollicitudinem Berlinianum stratagema exacuit. Quomodo igitur in tãta trepidatione iubilatis? An quod magni duces solent, aduersa dissimulatis, & spem vultu simulatis, ne animis miles indocilis cadat, altum corde dolorem premitis, ne metu audacia crescat aduersis castris? Nihil agitis, confidentiam imitantur Caluinistæ vestram, quam vocem exceperunt, setemplice sonitu remittent. Nos interim vero exitio, falso gaudio pereuntes intueamur, & quia iam à præcipitio retrahere non valemus, labentes lugeamus.

Hi tam mutabilib. vt certis credidisse nefas est.

Ite graues elegi lacrymis maioribus, ite,
Grandia perpetuæ flumina tristitiæ.

ANNVS 1555.

Annus 1555. nihilo felicior præcedentibus, Snepffius enim durus, & per-

Ars fallendi populos succedet, si aulam captaueris, si ex aula fides.

peruicax Vbiquista, nouam Confessionem edidit, multis postea gratam & acceptam. Magnũ etiam à Caluino, Bullingero aliisq; periculum fuit, nam dedicando libros magnatibus Lutheranis, sensim in aulas se insinuando, maximos in metus Lutheranos coniecere. Itaq; Hamburgenses, alięq; ciuitates, præcipue Bremensiũ exemplo territę, senatus consultis publicis, tecto, & hospitio Zvinglianos prohibuere, Lutheranis interim gnauiter inter sese decertantibus: ciuile enim odium, & metus domesticus mala lõgius posita negligere cogebat, erantq; partiũ partes. Illyricus in declaratione articulorũ Doctrinæ Christianæ; *Philippus Melãchthon, ait, & eius procuratores, sic inter seipsos dissident, quemadmodum Sacramentarij, & Babylonij, nec secus ac idolorũ effectores apud Isaiam.* Mira sunt, quæ de persecutionibus Borussianis historici scribunt, quas mutationes, quę monstra, quæ bella monstrorum his annis ducatus Megaloponensis perpessus sit. nam Antinomi, Stancariani

Melanchthonicorũ varię sectæ.

Digitized by Google

cariani, Maioriſtæ, Ambsdorffiani, Synergiſtæ, Adiaphoriſtæ, Subſtantiarii, Accidentarii, Pfeffingeriani, Vbiquiſtæ, verbis, minis, exiliis, Carceribus, & Oſiandrini interdum nece decertarunt, poſtremo iam noſtro tempore, Oſtorodiani, Socinianique pene gemini, nec tamen concordes, arctoam plagam infeſtant. Verum eſt, quod huius temporis vnus è primariis Philippi inimicis dixit præfat. apol. de maieſtate hominis. *Perit iuſto Dei iudicio, non armis hoſtium, non inuictis hæreticorum argumentis, vera à nobis religio & Eccleſia: ſed noſtrorum inter nos perfidia, infidelitate, incuria.* ô Galle, quid ais? infauſtus ales, aduerſa canis. Iam de centenaria Eccleſia iubilant poſteri tui, quam tu ante annos ſexaginta periſſe prædicas.

Pruſſia terribili tremit horrida terra tumultu

Acre virus Baſiliſci cœteris ſerpentib. venenum eſt, ſic error in ſequens pernicies eſt prioris

ANNVS 1556.

Annus 1556. manente conſueta diſcordia, totus in apparatu pacis fuit conſumptus; nam cõuenticulo

rum

rum priuatorum meminisse tœdet.

ANNVS 1557.

Lurgius odia non colluntur, acciuntur.

Annus igitur 1557. hoc est, quagrageſimus Lutherici nominis, miseris sectæ reliquiis, particulisq; fatalis fuit. Primo n. cũ certamen cũ orthodoxis Wormatiæ indictum imminеret domesticos tumultus cõponere prius voluerũt, ne hostibus deridiculo essent. Habita igitur synodus Wittebergica, vt Illyricum, & Melanchthonem conciliarent, sed nulla esse potest concordia aquæ & ignis quo propius admoueris, hoc perniciosius pugnant, nec vlla, nisi alterius interitu quies est; asperati igitur cmutuo colloquio, ignem spirantes, & perfidiam odio imbuentes, nõ sine cõtumelia separati sunt.

Colloquium Wormatiense summa spe totius imperii institutum est. Pręses erat Episcopus Spirensis, quatuor Principes assessores. Initio actum est, vt de articulis vtrinq; proponendis, vtq; communia consensu proponerent, quid quisque crederet, ac defenderet, & quandoquidem

dem hoc colloquium Catholicos inter, & Augustanæ Confessionis Professores institutum sit, oportere suæ quemque fidei Confessionem edere. Vna erat omnium Catholicorum sententia, sicut veritas vna est, mendacia mutuo sese dissipant. At Augustanæ Confessionis fratres primo se mutuo respectare, deinde cum de alterius quisque opinione dubitaret, inter se deliberarunt, sex & decem ipsos dies tenuit ea deliberatio, sed nec Catholicorum præsentia, nec Principum admonitio, efficere consensum potuit, duodecim erant collocutores Lutherani nominis, factiones duas effecerant, & quinq; à septem damnati, abscedere coacti sunt. At quinque illi nequaquam animis fracti, scriptis sese vindicarunt, illud mirabilius, quod ne septem quidem illi inter se concordes erant. Id vero omnium expectationem superabat, non potuisse ex toto Lutherano nomine, alios quinque inueniri, qui excommunicatis, explosis, eiectis sufficerentur. Capi-

Ciuilia odia ne in acie quidem possunt sedari.

ta ſeptem manentium erant, Brentius Vbiquitate grauidus erat, Philippus Caluiniſmo. Excommunicati Nicolaus, Gallus, Ambsdorffius q;, idcirco ſe reiectos queruntur, quod Zvinglium, & Oſiandrum damnare nollent, ſed an non Philippus Oſiandrum deteſtabatur? Philippus nihil ſincere agebat, pacem, & nidulos quærebat. Itaque & ſeptem illi diſcedentes Catholicis ingentem victoriam ſine puluere, & ſanguine dederunt.

Quibus ô Lutherani, (ſuffragiis enim communibus duodecim uiros cauſæ veſtræ patronos miſiſtis) quibus, inquam, credidiſtis? quinque continuo damnati ſunt, cæterorum damnatio ſecuta eſt. Vbi tum erat Lutheriſmus, vbi Confeſsio, vbi fides veſtra, vbi Iubilæus annus? *Circa hoc tempus, inquiunt veſtri hiſtorici, ſub adiaphoriſticæ controuerſiæ prætextu, aliquot annis vehementiſſimis agitatæ*, noua ſubinde mota, cumulataque fuerunt.

Nihil tam clare dictū eſt, quod non aſtus eludat.

Sed

Sed ipse tamẽ Philippus in Saxoniæ Conuẽtu inter cæteros etiam Sacramẽtarios damnauit. Sed Caluiniani non ignari Philippicæ κυβείας & impostu-ræ, nomine Sacramentariorum Philippum intellexisse dixerunt eos, qui verbis CHRISTI insistunt, & τὸ ἐητὸν tenent, hoc est, ipsos Lutheranos. Ideo iam Haidelberga triumphat, quia Lutheranæ simplicitati tam masculè formido Philippi imposuit.

Canere triumphum cum liceat, flere tamen aduersariorum stragem malo, & multo magis eorum, quos ne tanta quidem discordia, quo minus hæreticis crederent, absterruit.

DEVS *bone*, dicebat *Philippus, cum qualibus, & quam cerebrosis hominibus negocium nobis est? Actum est de* ECCLESIA DOMINI. Actum erat de Synagoga errantium; Ecclesia Domini super Petram exstructa est, non præualebunt aduersus eam portæ inferorum.

Philippi dolor, quod fraudum non esset optatus successus.

Cum in historia Confessionis Augustanæ huius colloquij mentionem inueniſſem, magna cupidine perlegi, vt intelligerem quidnam in retam manifesta tricarum interponerent, quænam vela & offucias; sed altum ibi silentium, tantum septem Theologorum mentionem faciunt, quos suos arbitrantur, sunt vero illi: Philippus Melanchthon, Ioannes Brentius, Ioannes Marbachius, Michael Dyllerus, Ioannes Pistorius, Niddanus, Iacobus Andreæ, Georgius Kargk. Ioannem Pistorium diuina gratia in viam reuocauit, Philippus, Brentius, Marbachius diuersissima senserunt; Dyllerus ad Caluinianos defecit Eligite igitur quos ex duodecim illis approbetis, si Ecclesia illo anno fuit, si sinceri, qui ad certamen electi sunt, nomina edicite.

Vestra me alio vocat, ô Caluiniani, astutia, quæ tanta est, vt vobis pene Iubilæum non inuideant vestri, qui omnia rident, politici. Non minus argutè Sicilitastis, quam illi vnde natum est prouerbium. Auctores

res veſtros ſtrenui viciſtis, ego nec κεκρώπων ἀγορὰν (Cercopum cõcilia-bulum) vobis, nec

Σίσυφον, ὃς κέρδις Θ' ἅπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν

Siſyphum, qui hominum fuit aſtutiſſimus,

Doli bis ſunt doli, ſi aſtute tractes.

Antepono. Docuit veſtra πανουργία, verum eſſe quod Scurra dixit:

Qui cauet ne decipiatur, vix cauet, cum etiam cauet.

Etiam cum cauiſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.

Veniſtis Wormatiam, Farellus, Beza, Carmelus, Budæus, pro rebellibus Galliæ interceſsiones Principum Germanorum petiſtis, Confeſsionem obtuliſtis verbis, & phraſibus Lutheranis, ô vaſtrum Conſilium! ſed ſenſibus Zvinglianum. Itaque Chriſtophorus Würtemburgicus, cæterique Germani literas ad Regem Chriſtianiſsimum miſerunt, vt captiuis indulgeret, quos pietatis, non criminum, & blaſphemiarum cauſa, in vinclis eſſe arbitrabantur. Verum deceptos ſeſe doluerunt, Be-

za vero Iubilæum egit: *Bono dolo sibi opus fuisse ad liberandos fratres*, sic enim Tigurinis, & Bullingero sese excusauit. Res digna sane Iubilo, & Iubilæo, neque enim id tantum effecerunt, vt captiuis succurrerent, sed Gallos eâ opinione impleuerunt, vt à Germanis hæresin suam putarent approbatam. Hoc solum incommodè accidit, vt fidem deinde omnem amiserint, tesseramque fregerint. Nunc de Neccaro vicinis canunt opprobria, & illud Pseudopoliticum vsurpant,

Felix euen tu scelus, virtus vocatur.

Vincite felices, sancta est fallacia, fraudes,
Decidit in nostras præda petita manus.

O fides! ô sinceritas! de te triumphũ agit mũdus, & sũt sceleri sua prẹmia.

At tu simplicitas solito viduata decore,
Cogeris in vacuas tristis, & arcta domos.

ANNVS 1558.

ANNO 1558, Imperij Septemuiri ad electionem Regis Romanorum post-

postquam vocati essent, magnâ curâ inter se Protestantes agebant, vt cõtouersias suorum Theologorum cõponerent, Germanis enim pariter, atque exteris ludibrio erat in tanta paucitate, tam multiplex tamq; furiosa conflictatio. *Electores*, inquit historia, *Melanchthonem designarunt, sed aliquot Ecclesiæ, recte sentientes, & ab omni erroris suspicione alienæ, statim post decretum illud Francofurti factum, multis in medium adductis causis, grauiter monuerunt: Ista ratione & via, piam atq; solidam controuersiarũ conciliationem, haud quaquam institui, aut afflictis Ecclesiæ reb. constantem medicinam afferri posse. Estq; eo res deducta, vt rationibus istis, passim à piis magistratibus in timore Domini ponderatis, Frãcofurtẽse illud decretum, in Ecclesiis protestantium, nullo vnquam tempore in vsum abierit, multo minus communi aliqua executione promotum fuerit.*

Nec Philosophi, nec hæretici principum edictis opiniones accommodant.

Melanchthon igitur anno præscripto in colloquio primus Collegarũ suorum excommunicator, nũc con-

tra Electorum iudicium à ciuitatib. repudiatur, cur igitur anteannum ſummam cauſæ illi crediderunt?

Francofurtenſis Confeſſio laqueus Lucheraniſmi

Facta eſt tamen eo anno noua Confeſsio, quæ Francofurtenſis nominatur, quam obſcuram, & inſufficientem iudicarunt, ideoque reiecta eſt. Non quæro, cur, cum verbum Dei ſit luce meridiana clarius, cur in oculis imperij obſcuram, & inſufficientem Confeſsionem ediderint. Hoc quod ſequitur, cum indignatione lugeo ipſos Prædicantes adeo improbos fuiſſe, vt Principibus Electoribus imponere conati ſint; idque quanquam non magno, aliquo tamen ſucceſſu perfecerint. *Ipſe tamen euentus docuit, inquit hiſtoria Auguſt. Confeſſ. decretum illud, & in eo comprehenſam de Euchariſtiæ Sacramento declarationem non ſolum exoptato ſalutaris concordiæ fine fruſtratum, ſed poſtmodum etiam à multis (Bremæ, & in Palatinatu) ad impium Caluini dogma ſtabiliendum allegatum eſſe. Quã fraudem ſummo magiſtratui, præter ius & æquum intentatam, cum reliqui Ordines*

dines animaduertissent, inclytos Electores & Principes, liberrime de ea commonuerunt. Nominatim vero pientissimi Principes Vuolffgangus, Ioachimus, & Carolus, Anhaldini, consilium atque censuram suam Bernburgi, propriis manibus subscriptam atque obsignatam, his verbis exhibuerunt, &c.

Francofurtensis Confessio damnata à Principib. Anhaldin.

Certatim itaque contradixere non æmuli modo Prædicantes, qui alios traducẽdo primum locum ambiebant, sed ipsi etiam Principes, Wolffgangus, Ioachimus, Carolus Anhaldini; Georgius, Ernestus, Hennebergici; Senatus Ratisbonensis, atque alij quam plurimi. Iudicium Concordebergensium hac de re audire placet, in colloquio Hertzberg. fol. 84. ita loquuntur. Quarto dicitis fore, vt *Ecclesiæ nostræ per hunc librum deformentur apud Papistas*. Günstige Herren / wenn die Spaltungen alle heimlich weren / vnnd wenn man sie hetten können verschweigen / wie gern wolten wirs gethan haben? id est: Gratiosi Domini, si dissensiones omnes clandestinæ, & ignotæ

Quod homini tegitis, Deo patet.

fuissent, imo si reticeri, & celari potuissent, quam studiose id agere contendissemus? *Sed libri Papistarum & Caluinistarum pleni sunt, de illis nostris certaminibus.* Solte man sie nun in *suspenso* lassen / vnnd vnsere Kirchen solten nicht wissen / was recht oder vnrecht were? *Si porro in suspenso,* (vt aiunt) *relinquerentur* (supple subditi) *Ecclesiasque nostras lateret, quid recti, prauique loco censendum foret: male cum illis ageretur. Omnino ergo opus est decisione. Si Papista obijciat nobis aliquam controuersiam inter nostros, potest ex libro responderi; Heus, hæc est nostra sententia de illa controuersia;* Das ist recht / jenes ist vnrecht, *id est, hoc tanquam verum approbandum, istud vt falsum reprobandum.*

Ante concordiam Lutherani in suspenso fuere.

Hæc est mens eorum, qui addicti sunt Augustanæ Confessioni de illis controuersiis. Ita non deformantur Ecclesiæ nostræ hoc libro, sed ea tanquam spongia aspergines absterguntur, & consulitur posteris. Solten die alten Lehrer / so noch wenig in den Kirchen hinge-

hingestorben seyn/ da würdet ihr junge Theologi vber 10. Jahr ein seltzame *Theologiam* machen. Id est, si Doctores antiqui, quorum pauci adhuc, de-mortui omnes forent, tum vero post decenniũ nouelli vos Theologi miram cõficeretis Theologiam. *Quod ad Naumburgense, ac Frãcofurtense decretũ attinet, scitis quid sit factum.* Die Pfaltzgräffischen (*Boquinus*) sagten/ sie kemen allein dem Naumburgischen vnd Franckfortischen Abschied nach/ id est, Palatini (Boquinus) aiebant, se Naumburgensibus, & Francofurtensibus parere decretis, normamque eorum sequi. *Quod introduxerunt Caluinismum in illam ditionem, sicuti decreta illa talia sant, vt etiam a Zvinglianis approbentur. Ita Bremenses sub illo respectu* deß Naumburgischen/ vnd Franckfortischen Abschieds/ *Sacramentarij facti sunt.* Vnd wer die *primas partes* gehabt / das wissen die Herren wol. Id est, Ita Bremenses sub illo prætextu Naũburgensis, & Francofurt. recessus, Sacramentarij facti sũt. Quis vero primas partes habuerit, hoc

Non Apollinis verior oratio.

Francofurtensem Confessionem probant Caluinistæ.

hoc Dominis probe notum est *Francofurti An.* 1557. Ist das die Summa geweſen/ *Augustanam Confessionem esse intelligendam iuxta decretum.* Das ist Philippi Ding geweſen / daß er alles auff Schrauben geſetzt. *I. Francofurti Anno* 1557 ista fuit summa, Augustanam Confessionem esse intelligendam iuxta decretum, atque hoc opus Philippi fuit, vt omnia vafrè, artificioseque construeret. *Et quia Electores, & Principes insimulantur, quod per illa decreta approbarint Caluinismum,* Vnd daß ſie ſich damit bekant ſolten haben / nicht zu der Confeſſion *Anno* 1530. ſondern zu der geenderten. i. Atque ita palam professi sint, non Confessionem primam Anno 1530. confectam, sed immutatam Anno 1540. *Ideo illam accusationem & suspicionem publice volunt amoliri reipsa. Atque ita videtis in libro excusari eos,* Daß ſolches zu der Zeit ihre Meynung nicht geweſen. i. Quod ista eo tempore illorum sententia non fuerit. *Ideo coram toto mundo referunt se ad primum exemplar* der vngeenderten Augſpurgiſchen

gischen Confession, i. Non permutatæ, inuiolatæque Confessionis Augustanæ, Das heisset corrigiret vnd nicht cassiret/ i. atque hoc est corrigere, non inducere, *Summa: Decretum Naumburgense & Francofurtense*, seynd auff Schrauben gesetzt. i. Summa: decretū Naumburgense, & Francofurtense subdole, vafreque confectum est: ita vt in omnem partem torqueri facile possit. *Ideo Domini denuo indicabunt suo Principi*, Daß diß den Fürsten deß Reichs nicht zu Verkleinerūg gereicht. i. nihil hic Principibus Imperij derogari, nec dignitatis quicquam imminui, *sed quod honor ipsorum hoc exigat, quia Decreta Naumburgense, & Francofurtense trahuntur ad approbationem Caluinismi, vt hac suspicione sese liberent. Ideo etiam videtis, quam necessario formulæ insertum sit vocabulum* (Vngeenderte) Immutatæ *Confession. Reliquas editiones non damnamus*, Die mag man auch lesen. i. Legi enim & istę possunt, *nec damnamus, quæ recte ibi explicata sunt, sed oportet nos habere certum authenticum exemplar.* Vnnd Publi-

Sed vbi nūc illa seruatur?

publicè stehet der Religiõs Fried auff der ersten vngeenderten Confession. Die Theologen müssen sich auch *propter Caluinistas* darauff referiren. Id est, Publice quoque consistit Religionis pax & concordia in prima, eaque inuiolata Confessione: Theologi quoque coguntur eodem se referre. *Mutatam Confessionem Carolus V. non vidit: Non possumus habere duas Confessiones.* Diß lässet sich auch *politicè* nicht entschuldigen/ wann einer ein Product vbergibt/ vnnd es hernach endert/ vnd an Statt deß ersten vbergeben/ sich desselben im Rechten berühmen wölte. Id est: Hoc ne politice quidem excusari potest. Si quis libellum, aut productum, vt aiunt, idemque postmodum immutet, actum in iudicio de hoc, tanquam de priore gloriari velit.

Non igitur ne politicè defendi iubilum potest.

Theologi inferioris Saxoniæ censuerunt, Theologos qui Francofurti conuenerant, non recto ad veritatẽ pede processisse: ego etiam adiũgo, noua, audace, impia, perfidissima impostura Principes ac Dominos

suos

ſuos, quibus iureiurando, beneficiiſque obſtricti erant, fefelliſſe. Nam cum eorum ſententiam non ignorarent, alieniſsimoſque ab Zvingliano errore certo perſpectum haberent; ea tamen verborum perplexitate vſi ſunt, vt Confeſsionis ſuæ integumẽto varias ſectas comprehenderent, velarentque. Quos tales non poſsẽt fallere, qui Principibus ſic impoſuerunt? Quas non vellent in fraudem ducere, cum ſuos magiſtratus, patronoſq;, quorum benignitate vitã & rem tuebantur, in luce imperij, in vrbe regia, tam manifeſto ludibrio exponendos putarunt? Ecce religio politica: Ecce Principum in ea conſtituenda, ac moderanda inanes curas, & irritas cogitationes. Ecce Iubilæus Lutheranus, gaudium eorum quorum patres erant impoſtores, & ſi mens non læua fuiſſet, impulerant ferro hæreticas fœdare latebras.

Vallus vitẽ deceipit, ipſa auxilia Metius ſubduxit.

Sed ſane iuſſu Principum facta eſt Confeſsio, eaq; vſi ſunt Principum nonnulli, & Theologi, vt Anhaltini.

Neque nunc reijciunt; vide Argentoratum, Norimbergam,

vix inuenies qui perfecti sint Vbiquitarij, & Confessionem Francofurtensem condemnent. Sed illos in Gallia, in Heluetia, cum res aduersæ turbarent, in Germania emptores malarum merciũ quæsiuerunt, cur enim,

Si victum Dodona negaret,
Non grauidam pleno pulsarent vertice quercum?

ANNVS 1559.

ANNO 1559. altera est religionis mutatio in Palatinatu instituta, cum enim Fredericus Elector nouos Professores, concionatoresque anno 1546. constituisset, illique, vti variarum erant sectarum, perpetuis inter se litigijs agitarentur, & Vniuersitatem Haidelbergensem diuellerent, nec annis iam quatuordecim spes vlla concordiæ affulgeret, coactus est Elector Palatinus aduocare Melanchthonem, qui inter Theologos suos, quorum vertices erant Heshusius Luheranus,

Nouitium tenerũque Lutheranismum in Palatinatu Caluinismus oppugnat.

nus, & Clebitius Caluinianus, pacẽ firmaret. Melanchthon hic nactus occasionem, quem iam ante meditabatur, & occultis artibus per Saxoniam sparserat, nunc aperte inuehit Zuinglianismum. Describitur certamen in hunc modum ab historicis Confessionis Augustanæ. *Hoc eodem anno 1559. In Academia Heidelbergensi, Theologis inter se diuisis, alijs pro Lutheri sententia, aliis vero pro Caluini opinione dimicantibus, certamen Sacramentariorum magna contentione agitari cœptum est. Illi enim qui à Caluini partibus steterant antea, communi istius sectæ patronorum consuetudine errorem suum versutè dissimulauerant: Circa id tempus vero plus præsidij & opportunitatis nacti, paulatim è latebris prodibãt, allecto in suum ordinem homine quodam iuuene & audaculo, Vvilhelmo Clebitio, qui Caluini opinionem publice defendendam suscipiebat: Huic cum D. Tilemannus Heshusius, tum Ecclesiæ Heidelbergensis Superintendens, officij & vocationis ratione, non iniuria, sese opponeret, res tandem in acerbissimum cer-*

Collidun = tur in vrbe paruuli.

tamen in eo loco exijt. Sequitur Lutheraniſmi inclinatio & ſenecta.

Laudat Fredericum Palatinum Philippus, quod vtrique parti litigantium ſilentium indixerit, deinde ait, reſpondere, periculoſum eſſe, timebat enim homo formidoloſiſſim⁹ Saxonum iras, & in ſanguinem iturã vindictam ſuſpicabatur: Sed tamen aperte Sarcerium, Morlinum, Lutherum reprehendit. Fuit ea magna Lutheraniſmi inclinatio, deficiente propalã eo, qui Luthero doctior eſſe ab omnibus, conſentiente Luthero, iudicabatur, & inſignem electoratũ trahente: quo factum eſt, vt tãti Principis exẽplum plurimi imitarentur. Vſqueadeo, vt præter paucas ditiones, nihil ſit modo Luthericum, nec illæ pauculæ vel conſentientes, vel ex integro genuinam Lutheri ſententiã retinẽtes. Miſer eſt ergo regni iam pereuntis annus ſecularis, nec aliud agitis ô Lutherani, quam vt de veſtris opprobrijs gloriemini. *Et lætæ obuelent mæſtiſſima pectora frontes.*

Carnalis error etiã cum ſtipudio interit.

AN-

ANNVS 1560.

ANNO 1560. *Ioannes Fredericus Saxoniæ Dux ad Fredericum Electorem Palatinum socerum Heidelbergam profectus fuit, in eam erectus spem, si forte illius loci Ecclesiis, intempestiua Philippi censura, veneno Caluiniano iam pridem periculosissimo infectis, piorumque Ministrorum eiectione supra modum afflictis, mederi, ac præcipue carissimum socerum optimumque Principem, ab impio & blasphemo errore abductum, in veritatis viam reuocare posset. Eius rei gratia duos primi nominis Theologos suos, D. Maximilianum Morlinum, & M. Ioannem Stosselium, tunc temporis in Articulo Cœnæ adhuc sincerum, & sanum, sibi adiunxit: qui præter conciones & collocutiones eo in loco, non solum cum viris doctis Caluinianis, sed cum Electore etiã ipso habitas, publicam disputationem, palam excusis atque affixis thesibus, in Academia Heidelbergensi instituerunt.*

Disputatio fauit Lutheranis, sed exitus Caluinianis.

Habita est disputatio, sed quamuis morbida esset causa sacramentaria,

Stosselius ex Lutherano Caluinista desperabundus obiit.

fuissent, imo si reticeri, & celari potuissent, quam studiose id agere contendissemus? *Sed libri Papistarum & Caluinistarum pleni sunt, de illis nostris certaminibus.* Solte man sie nun in *suspenso* lassen / vnnd vnsere Kirchen solten nicht wissen / was recht oder vnrecht were? *Si porro in suspenso,* (vt aiunt) *relinquerentur* (supple subditi) *Ecclesiasque nostras lateret, quid recti, prauique loco censendum foret: male cum illis ageretur. Omnino ergo opus est decisione. Si Papista obijciat nobis aliquam controuersiam inter nostros, potest ex libro responderi; Heus, hæc est nostra sententia de illa controuersia;* Das ist recht / jenes ist vnrecht, *id est, hoc tanquam verum approbandum, istud vt falsum reprobandum.*

Ante concordiam Lutherani in suspenso fuere.

Hæc est mens eorum, qui addicti sunt Augustanæ Confessioni de illis controuersiis. Ita non deformantur Ecclesiæ nostræ hoc libro, sed ea tanquam spongia aspergines absterguntur, & consulitur posteris. Solten die alten Lehrer / so noch wenig in den Kirchen hinge-

hingestorben seyn/ da würdet ihr junge Theologi vber 10. Jahr ein seltzame *Theologiam* machen. Id est, si Doctores antiqui, quorum pauci adhuc, demortui omnes forent, tum vero post decenniũ nouelli vos Theologi miram cõficeretis Theologiam. *Quod ad Naumburgense, ac Frãcofurtense decretũ attinet, scitis quid sit factum.* Die Pfaltzgräffischen (*Boquinus*) sagten/ sie kemen allein dem Naumburgischen vnd Franckfortischen Abschied nach/ id est, Palatini (Boquinus) aiebant, se Naumburgensibus, & Francofurtensibus parere decretis, normamque eorum sequi. *Quod introduxerunt Caluinismum in illam ditionem, sicuti decreta illa talia sunt, vt etiam a Zvinglianis approbentur. Ita Bremenses sub illo respectu* deß Naumburgischen/ vnd Franckfortischen Abschieds/ *Sacramentarij facti sunt.* Vnd wer die *primas partes* gehabt/ das wissen die Herren wol. Id est, Ita Bremenses sub illo prætextu Naũburgensis, & Francofurt. recessus, Sacramentarij facti sũt. Quis vero primas partes habuerit, hoc

Non Apollinis verior oratio.

Francofurtensem Confessionem probant Caluinistæ.

hoc Dominis probe notum est *Francofurti An.* 1557. Ist das die Summa geweſen/ *Augustanam Confessionem esse intelligendam iuxta decretum.* Das ist Philippi Ding geweſen / daß er alles auff Schrauben geſetzt. *l. Francofurti Anno* 1557. ista fuit summa, Augustanam Confeſsionem eſſe intelligendam iuxta decretum, atque hoc opus Philippi fuit, vt omnia vafrè, artificioſeque conſtrueret. *Et quia Electores, & Principes insimulantur, quod per illa decreta approbarint Caluinismum,* Vnd daß ſie ſich damit bekant ſolten haben / nicht zu der Confeſſion *Anno* 1530. ſondern zu der geenderten. i. Atque ita palam profeſsi sint, non Confeſsionem primam Anno 1530. confectam, ſed immutatam Anno 1540. *Ideo illam accusationem & suspicionem publice volunt amoliri reipsa. Atque ita videtis in libro excusari eos,* Daß ſolches zu der Zeit ihre Meynung nicht geweſen. i. Quod ista eo tempore illorum sententia non fuerit. *Ideo coram toto mundo referunt se ad primum exemplar* der ungeenderten Augſpurgiſchen

gischen Confession, i. Non permutatæ, inuiolatæque Confessionis Augustanæ, Das heisset corrigiret vnd nicht cassiret/ i. atque hoc est corrigere, non inducere, *Summa: Decretum Naumburgense & Francofurtense*, seynd auff Schrauben gesetzt. i. Summa: decretũ Naumburgense, & Francofurtense subdole, vafreque confectum est: ita vt in omnem partem torqueri facile possit. *Ideo Domini denuo indicabunt suo Principi*, Daß diß den Fürsten deß Reichs nicht zu Verkleinerũg gereicht. i. nihil hic Principibus Imperij derogari, nec dignitatis quicquam imminui, *sed quod honor ipsorum hoc exigat, quia Decreta Naumburgense, & Francofurtense trahuntur ad approbationem Caluinismi, vt hac suspicione sese liberent. Ideo etiam videtis, quam necessario formulæ insertum sit vocabulum* (Vngeenderte) Immutatæ *Confession. Reliquas editiones non damnamus*, Die mag man auch lesen. i. Legi enim & istę possunt, *nec damnamus, quæ recte ibi explicata sunt, sed oportet nos habere certum authenticum exemplar.* Vnnd Publi-

Sed vbi nũc illa seruatur?

publicè stehet der Religiõs Fried auff der ersten vngeenderten Confession. Die Theologen müssen sich auch *propter Caluinistas* darauff referiren. Id est, Publice quoque consistit Religionis pax & concordia in prima, eaque inuiolata Confessione: Theologi quoque coguntur eodem se referre. *Mutatam Confessionem Carolus V. non vidit: Non possumus habere duas Confessiones.* Diß lässet sich auch *politicè* nicht entschuldigen/ wann einer ein Product vbergibt/ vnnd es hernach endert/ vnd an Statt deß ersten vbergeben/ sich desselben im Rechten berühmen wölte. Id est: Hoc ne politice quidem excusari potest. Si quis libellum, aut productum, vt aiunt, idemque postmodum immutet, actum in iudicio de hoc, tanquam de priore gloriari velit.

Non igitur ne politicè defendi iubilum potest.

Theologi inferioris Saxoniæ censuerunt, Theologos qui Francofurti conuenerant, non recto ad veritatẽ pede processisse: ego etiam adiũgo, noua, audace, impia, perfidissima impostura Principes ac Dominos

suos

ſuos, quibus iureiurando, beneficiiſque obſtricti erant, fefelliſſe. Nam cum eorum ſententiam non ignorarent, alieniſſimoſque ab Zvingliano errore certo perſpectum haberent; ea tamen verborum perplexitate vſi ſunt, vt Confeſsionis ſuæ integumẽto varias ſectas comprehenderent, velarentque. Quos tales non poſsẽt fallere, qui Principibus ſic impoſuerunt? Quas non vellent in fraudem ducere, cum ſuos magiſtratus, patronoſq;, quorum benignitate vitã & rem tuebantur, in luce imperij, in vrbe regia, tam manifeſto ludibrio exponendos putarunt? Ecce religio politica: Ecce Principum in ea conſtituenda, ac moderanda inanes curas, & irritas cogitationes. Ecce Iubilæus Lutheranus, gaudium eorum quorum patres erant impoſtores, & ſi mens non læua fuiſſet, impulerant ferro hæreticas fœdare latebras.

Vallus vitẽ decepit, ipſa auxilia Metius ſubduxit.

Sed ſane iuſſu Principum facta eſt Confeſsio, eaq; vſi ſunt Principum nonnulli, & Theologi, vt Anhaltini.

Neque nunc reijciunt; vide Argentoratum, Norimbergam,

vix inuenies qui perfecti sint Vbiquitarij, & Confessionem Francofurtensem condemnent. Sed illos in Gallia, in Heluetia, cum res aduersæ turbarent, in Germania emptores malarum merciũ quæsiuerunt, cur enim,

Si victum Dodona negaret,
Non grauidam pleno pulsarent vertice quercum?

ANNVS 1559.

ANNO 1559. altera est religionis mutatio in Palatinatu instituta, cum enim Fredericus Elector nouos Professores, concionatoresque anno 1546. constituisset, illique, vti variarum erant sectarum, perpetuis inter se litigijs agitarentur, & Vniuersitatem Haidelbergensem diuellerent, nec annis iam quatuordecim spes vlla concordiæ affulgeret, coactus est Elector Palatinus aduocare Melanchthonem, qui inter Theologos suos, quorum vertices erant Heshusius Luheranus,

Nouitium tenerũque Lutheranismum in Palatinatu Caluinismus oppugnat.

nus, & Clebitius Caluinianus, pacẽ firmaret. Melanchthon hic nactus occaſionem, quem iam ante meditabatur, & occultis artibus per Saxoniam ſparſerat, nunc aperte inuehit Zuinglianiſmum. Deſcribitur certamen in hunc modum ab hiſtoricis Confeſſionis Auguſtanæ. *Hoc eodem anno 1559. In Academia Heidelbergenſi, Theologis inter ſe diuiſis, alijs pro Lutheri ſententia, aliis vero pro Caluini opinione dimicantibus, certamen Sacramentariorum magna contentione agitari cæptum eſt. Illi enim qui à Caluini partibus ſteterant antea, communi iſtius ſectæ patronorum conſuetudine errorem ſuum verſutè diſſimulauerant: Circa id tempus vero plus præſidij & opportunitatis nacti, paulatim è latebris prodibãt, allecto in ſuum ordinem homine quodam iuuene & audaculo, Vvilhelmo Clebitio, qui Caluini opinionem publice defendendam ſuſcipiebat: Huic cum D. Tilemannus Heshuſius, tum Eccleſiæ Heidelbergenſis Superintendens, officij & vocationis ratione, non iniuria, ſeſe opponeret, res tandem in acerbiſſimum cer-*

Collidun-tur in vrbe paruuli.

tamen in eo loco exijt. Sequitur Lutheraniſmi inclinatio & ſenecta.

Laudat Fredericum Palatinum Philippus, quod vtrique parti litigantium ſilentium indixerit, deinde ait, reſpondere, periculoſum eſſe, timebat enim homo formidoloſiſſim⁹ Saxonum iras, & in ſanguinem iturã vindictam ſuſpicabatur: Sed tamen aperte Sarcerium, Morlinum, Lutherum reprehendit. Fuit ea magna Lutheraniſmi inclinatio, deficiente propalã eo, qui Luthero doctior eſſe ab omnibus, conſentiente Luthero, iudicabatur, & inſignem electoratũ trahente: quo factum eſt, vt tãti Principis exẽplum plurimi imitarentur. Vſqueadeo, vt præter paucas ditiones, nihil ſit modo Luthericum, nec illæ pauculæ vel conſentientes, vel ex integro genuinam Lutheri ſententiã retinẽtes. Miſer eſt ergo regni iam pereuntis annus ſecularis, nec aliud agitis ô Lutherani, quam vt de veſtris opprobrijs gloriemini. *Et lætæ obuelent mœſtiſſima pectora frontes.*

Carnalis error etiã cum tripudio interit.

AN-

ANNVS 1560.

ANNO 1560. *Ioannes Fredericus Saxoniæ Dux ad Fredericum Electorem Palatinum socerum Heidelbergam profectus fuit, in eam erectus spem, si forte illius loci Ecclesiis, intempestiua Philippi censura, veneno Caluiniano iam pridem periculosissimo infectis, piorumque Ministrorum eiectione supra modum afflictis, mederi, ac præcipue carissimum socerum, optimumque Principem, ab impio & blasphemo errore abductum, in veritatis viam reuocare posset. Eius rei gratia duos primi nominis Theologos suos, D. Maximilianum Morlinum, & M. Ioannem Stosselium, tunc temporis in Articulo Cœnæ adhuc sincerum, & sanum, sibi adiunxit: qui præter conciones & collocutiones eo in loco, non solum cum viris doctis Caluinianis, sed cum Electore etiã ipso habitas, publicam disputationem, palam excusis atque affixis thesibus, in Academia Heidelbergensi instituerunt.*

Disputatio fauit Lutheranis, sed exitus Caluinianis.

Habita est disputatio, sed quamuis morbida esset causa sacramentaria,

Stosselius ex Lutherano Caluinista desperabundus obiit.

Digitized by Google

quæ medico indigeret; vt facete dixit Stoſſelius, non tamen interijt, ſed auxilio *adhibiti ſunt medici, iuriſconſulti, Syndici, Aduocati, Cauſidici, Procuratores, Philoſophi, Papiſtæ, Ieſuitæ, Poetæ, Oratores, quiuis alij*, ſi non mẽtiuntur auctores Confeſsionis Auguſtanæ. Sed omnium horum non fuit illa efficacia, nec blanditiæ generi, potuere ſocero Caluiniſmi amorem excutere. Imo Ioannes Stoſſelius, qui ſuis facetijs non ſemel auditores in cachinnos coniecit, paulò pòſt à Lutheranis diſceſſit. Magna clade concuſſa fuit hoc anno Confeſſio Auguſtana, periculo igitur moti Theologi Ienenſes, ordinibus & ſtatibus ſupplicarunt, vt Lutheranorum duntaxat Synodum indicerent. Sed ea res in irritum cecidit, cũ nemo iudicare poſſet, quinã eſſent verè, & primæ notæ Lutherani, Mansfeldici tamen Islebiam conuenerunt, magnamque partem Lutheranorum damnarunt. Nam catalogus hæreſeon damnatarũ ille proponitur. *Anabaptiſtæ, Seruetiani, Stancariani,*

Diſcordia res magnæ dilabuntur paruæ euaneſcunt,

cariani, Antinomi, Ieſuitæ, Suencfeltiani, Sacramentarij, Oſiandrici, Defenſores liberi arbitrij. Aſſertores bonorum operum ad ſalutem, Largitores rerum indifferentium, ſeu (vt vocantur) Adiaphoriſtæ.

A Lutheranis omnes pene Lutherani damnãtur.

Pleroſq; vero Lutheranos ab ijs damnatos, tum ille catalogus docet, tũ ea quæ in præfatione dicunt. Primo, *omnes fere Principes & Magiſtratus officium in hac re negligere.* Secundo, *Sectarum auctores, ſeu pingues doctores ſe coniungere, & mutuo ſibi ignoſcere.* Tertio, *neminem audere, nec ſine periculo poſſe reſiſtere.* Quarto, *metu omnes propemodũ doctores tacere, & quãuis aliqui ſinceri ſuperſint, eos tamẽ meticuloſos eſſe ſpectatores fabulæ, & cataſtrophen exſpectare.* Certe eo tẽpore nulli erãt vere Lutherani, nã omnes quos damnant Mansfeldici, à Luthero receſſerant, & illi ipſi integrum doctrinæ corpus tenere non potuerũt. Sarcerius, Spangenbergius, alij in diuerſos errores impegerunt.

Non poſſum, quin iubilum verum ex intimis cordium penetralibus de-

promptum, quem tum Synodus illa cecinit, hodiernis Lutheranis præcinam, merito enim maiorum cantilenam canent posteri.

O Sancte Deus aspice
Quam paruus est eorum
Cœtus, qui toto pectore
Diligunt tuum verbum!
Defecit & extincta est
Fides; nec veritas potest
Habere locum vllum.
Tantum docent præstigias
Insidiosa fraude;
Non quærunt, quæ sit veritas,
E sacro verbi fonte.
Aliud fingit alius,
Sic dissipatur grex tuus
Sub specie honesta.
Exscindat falsa dogmata
Superbæ Deus linguæ,
Quæ palam dicit: Hæc nostra
Quis potest prohibere?
Soli regnamus, vt quæ nos
Statuimus, probetis vos,
Quis nobis est Magister?
Propterea dicit Deus:

Hæc facile anno Iubilæo vobis, non mentituro quilibet ore legat.

Exur-

Exurgam contra hoſtes,
Audiui pios gemitus,
Et lamentationes;
Verbum tuebitur meum
Credentes, atque præmium
Salutis dabit illis.
Probatum aurum ſepties
Fornace fit ſincerum:
Sic & per ſingulos dies
Eſt audiendum verbum:
Spectatur fides per crucem,
Vt plenam diffundat lucem
Per orbem vniuerſum.
Hoc verbum Deus protege
Ab omni dira peſte;
Neu nos quid mali proinde
Inuadat ac infeſtet.
Malorum creſcit rabies,
Vbi regnat impietas
Magnifice triumphans.

ANNVS 1561.

SEQVITVR Annus 1561. negocioſiſſimus, & alia ruina inſignis: mortuo n. Melanchthone, cui plerique concedebant, liberior

inter homines indoctos, & Stoicos contentio gliscebat. Brema ciuitas potens & diues, Lutheranis pulsis Caluino accedit, grauiter ea res Luranos afflixit; cum potentissimus ad Rhenum Elector, nobilissima ad Visurgim ciuitas, hęresin tam auide expetitam, tam animose receptam, celeri satietate fastidirent, & cum noua, ac, vt tum videbatur, florentiore commutarent. Accdit vnguis in vlcere Clebitius, qui Principis, & aulæ fauore victoriam Heidelbergensem obtinuerat, qua elatus crudele funus Lutheranismo vaticinabatur, edito libello, cui titulum fecit: *Victoria veritatis, & ruina Papatus Saxonici.*

Quicquid veritatis sapore non conditur, celeri fastidio nauseā prouocat.

Itaque tot cladibus, & maiorum periculo calamitatum exciti Principes Naumburgum conueniunt. Ministrorum erat institutum, vt Principes ad solennem Caluinianorum condemnationem, & condemnationis executionem seueriter exercendam impellerent: verum nihil ira imbellis potuit, tum quod Lutherani inter se discordes essent, tum

tum quod quidam Principes leniores, Consiliarijs vterentur Melanchthonicis, & in Caluinismum propensis, politicis enim Lutheranorum artibus, suas fraudes Caluinistæ opponebant. Hoc mirum est, & Principi, omnibusque politicis magnopere considerandum, singulis pene annis conuentus Lutheranorum habitos, nec modo Concionatorum, & Doctorum, sed ipsorum Principum, nec tamen effici potuisse, vt concordes vnam religionem tenerent, quamuis politicâ vi atque auctoritate omnia molirentur, æmulationes enim, simulationesque Prædicantium, hoc efficiebant, vt nullis verbis quacunque cautione prolatis, aliorum strophis, & cauillis obsisti posset.

Pertinaciã retinent, & ne fraudi sit, artificiose Principibus illudunt.

Causam conuentus Naumburgensis historia Augstanæ Confess. exponit. *Primo autem quia & in proximis Imperij Comitiis, & in aliis etiam conuentibus, Augustanæ Confessionis exemplarium Διαφωνία, Ordinibus protestantium obiecta, atque exprobrata fue-*

rat: Tot nimirum tamque diuersa & dissona extare exemplaria, vt alius hanc, alius aliam editionem pro suæ sententiæ confirmatione alleget, & propemodum ignoretur, quodnam exemplum authenticum censeri & haberi debeat. Ipsi etiã Sacramentarij palàm ad Augustanam Confessionem prouocabant, eamque non minus, quã Ordines protestantes, in suis Ecclesiis excudi curabant. Multaquoq; spargebantur scripta in hanc sententiam, quod sub Augustanæ Confessionis integumento atque prætextu, opiniones cum sana doctrina pugnantes, astu quorundam in Ecclesias nostras paulatim irreperent. Frequens igitur Electorum ac Principum conuentus Naumburgi, Saxonicæ ditionis ad Salam fluuium oppido, Ianuario mense indictus & habitus fuit, & in familiaribus Electorum ac Principum literis, quibus ad illum conuentum mutuo sese inuitabant atque excitabant, semper hæc fuit adiuncta, & postmodum etiam subinde repetita clausula: Nihil aliud actum tractatumque iri, præter Confessionem Augustanam Anno 1530 Imperatori Carolo

Frequentissimus Principum conuentus confessionem edit ab Augusta na diuersã.

rolo V. in comitiis Augustanis exhibitã.

Quis status huius anni 1561.1562. 1563. & proxime præcedentium fuerit, explicent nobis Synodi Mansfeldicæ Ministri. *Quod autem* (inquiũt) *cumulantur quotidie fanaticorum hominum opiniones, & sectæ, non est mirandum tantopere.*

Lutherani Dei contemptores

Primum, quia cum veritas hominibus est ingrata, neque agnoscunt bonitatem Dei, solet Deus ad puniendum hoc peccatum immittere efficaces & insignes errores, vt credant homines mendacio, vt puniantur ea ipsa causa, quod veritati non credunt, sed delectantur iniustitia. 2. Thess. 2.

Legibus ingenia coercenda sunt.

Secundo necesse est crescere sectas, quia oẽs fere Principes & Magistratus officiũ suum in hac re negligunt, sed petulantiã ingeniorũ confirmant, quod cuilibet pro suo arbitratu quamlibet falsam opinionem fingendi, licentiam permittunt.

Aulici superattendentes errores fouent.

Tertio, pingues illi (vt Psalmus vocat) & potentes doctores, sectarum auctores, summa se opera coniungunt, eãsdem sententias, & eosdem animos mutuo tuentur. Pacifice inter se viuunt, alter alterum

Quid facient rurales?

alterum defendit & excusat. Ac si quis maxime alterius sectam non approbat, tamen amat eum, vt ita fiat, quemadmodum vulgo dici solet: Parce mihi, vt parcam tibi, conniue saltem, si non vis probare, idem faciam & ego. Ita sæpe accidit, vt hæresiarcha quispiam alterius sectam, quam non probat, non tamen oppugnet, acsi aliquamdiu aliquid agat, tamen non perseuerat, & de hac causa successus hæreticorum cum dolore conqueritur Dauid Propheta Psalm. 17. cum inquit: Pingues eorum sunt coniuncti.

Quarto, res iam eo redijt, vt multi hoc tempore turpitudinis atque ignominiæ loco habeant, vel scriptis opponere se falsis fratribus, & sectarum autoribus, cum quidem semper in Ecclesia maximum id fuerit decus, & pro vero Christianæ virtutis documento celebratum.

Quinto, quid obstat, quo minus hoc tempore variæ nascantur hæreses, cum multis hominibus maiores tolerandæ sint contumeliæ, iniuriæ, maledicta,

cta, cauillationes, quam ipsis illis, qui se fanaticis Doctoribus opponunt? Ita quidem, vt per conuitium Stoici appellentur, hoc est, duri ac præcipites, qui nihil sibi cum aliis commune volunt, quibus nihil aliorum placet: quasi vero magna sit virtus, omni vento & afflatu falsorum dogmatum, leuissime, & quidem volentes rapi atque circumferri. Deinde Clamosi nuncupantur, hoc est, iurgatores & rixatores, qui plenis labris, importunisque clamoribus ad seditionem, & tumultum hominum Classicum canunt. Neque vident, quod ipsi vituperant factum, id summam nobis laudem decernere. Tolerabilius est enim, & melius, Catonem in his rebus agere & Stoicum, & ad rauim vsque proclamitare, quam turpi silentio omnes fraudibus patefacere fenestras.

Hæresis omnis, cum vires habet ἀκοινώνητος est.

Clamosi in Orthodoxos contra sectarios muti.

Non enim silentio, sed voce lupus reijcitur. Tacemus, quod ipsa Scriptura clamores Prophetarum & Doctorum commendat, & è contrario silentium adeo vituperat, vt eiusmodi Silenos & Mutios mutis canibus comparet.

Sexto,

Sextò, ſatis eſt fanaticis hominibus occaſionum hoc tempore creſcendi, quoniam formidine quadam & metu amittendæ tranquillitatis, fortunarum, gratiæ, laudis, etiam ſinceri doctores propemodum omnes tacent, languide agunt, horribili temeritate atq; ſecuritate permittunt negocium ſibiipſis & fortunæ ſuæ. Et quamuis inclamant nonnulli, tamen cum deſerantur ab aliis turpiſſime, ſoli non poſſunt tanti molem negocij ſuis humeris ſuſtinere.

Vbi nec cõſcientiæ, nec rei familiaris aut honoris cauſa agitur, ſilẽt.

Septimò, etiamſi qui adhuc ſuperſunt ſinceri doctores necdum infecti fanaticarum opinionum veneno, tamen ſunt languidi, meticuloſi, & animo paulo abiectiori, quam vt veritatis cauſa periculum incurrere velint: quieſcũt igitur, & ſpectatores ſunt eius fabulæ, cui tamen ipſi primo applaudere nolint. Sed ſi bona eſt Cataſtrophe alteri parti, nempe clamantibus & ſcriptitantibus illis: & ſibi bonam eſſe volunt, & partem victoriæ non mediocrem ſuæ virtuti & conſtantiæ arrogant. Sin autem (ſicut ſæpe bona cauſa per vim opprimitur) diuerſum eueniat, collum ſuum reducunt ex nodo, quaſi

quasi nihil à se actum profitentes, & idcirco propter externam pacem alteris se dedunt, quorum iniusta est causa contra suã conscientiam. Cum igitur aduertunt hoc haretici, nos non simul & eadem fide vrgere propositum, animantur, & in institutis falsitatibus malitiosè ac pertinaciter hærent, & subinde alias nouas comminiscuntur.

Hæresis quia superba est. etiã imperiosa est.

Octauo, crescunt etiam secta propter nouã illam tyrannidem, quæ suboritur in Ecclesia. Si quis non statim approbet alterius errorem, indignationẽ, & offensionẽ potentiorũ incurrit, ac sæpe de vita periclitatur. Hanc tyrannidem sectarũ applausores stabiliunt in aliis. Et ipsi adeo non sunt ab hac tyrannide vacui, vt non possint sibi temperare, etiã cum humanissima cum eis colloquia & actiones instituuntur. Atq; ita feriunt homines, ne possint amplius libere suam sententiã profiteri: itaque in hoc vnum omnes incumbunt, vt errores tyranni vi obtrudant aliis, quod tamen (Deo iuuante) non facient perpetuo. Amen.

Si credimus Mansfeldicis, quos contra tñ Lutherani scripsere multi, iam pauci

pauci ſinceri, ijque languidi Lutherani viuebant. Qui rerum potiebantur, qui cum poteſtate reliquorum fidei dominabantur, qui aularum nidorem ſectabantur, ſeſe in perniciem Lutheriſmi, & inferiorum miniſterculorum coniungebant.

Quis vero etiam miretur, ſi nunc de eadem luce congratulantes, de pari gratia ouantes audiat Heidelbergenſes Theologos? Hic annus nunquam in vna ſede moraturos oſtendit. Etheoclis, & Polynicis potius amicitiam, quam in vno curru de eadem laurea concordes nouatores triumphantes credidero. Beza hoc anno, contra Lutheranos χρεοφαγίαν, & ἔνον συλλογιζόμενον conſcripſit, atque ita Selneccerum, Chemnitium, alioſque commouit. Bella, horrida bella, & denſæ multo crudeſcunt ſanguine cædes. Quæ, ſi minutius cognoſcere deſideras, Guilelmi Klebitij ad themata Mörlini, Stöſſelij, Heshuſij, &c. hoc anno edita, & aduerſariorum libros pelege.

AN.

ANNVS 1562. & 1563.

ANNO 1562. & 1563. Noribergæ habita disputatio est inter Lutheranos & Caluinianos, sed quia conuenire nihil poterat, cum indignatione Ioannes Fredericus Saxoniæ Dux recessit. Hoc enim agunt impostores, vt in partes trahãt Principes, & eorum simultate superstitiones tueantur, quas veritate non possunt. Nec tamẽ segnes in dãnandis Caluinistis Lutherani fuere, Halberstatensi, & Luneburgẽsi synodo, inani fulmine eos afflarunt, illis crescentibus, & cassa murmura irridentibus. Cur enim, dicebant, Capernaitarum execrationes timeamus, qui Ecclesiæ veteris censuræ capita subduximus?

E pelui tonant, qui vera fulmina contempserũt.

Quis non cogitaret hos genuine Lutheranos esse? Nemo sane, qui aliorum contra illos scripta legerit. Itaque nunc serio mihi velim respondeant, quos sequantur, quorum de fide iubilent, si excludunt Mans-

Cùm tota religio est in partibus multis, quærẽdum est de singulis.

feldicos? an adiaphoriſtas, & totã illam ſeriem pugnantium opinionum?

ANNVS 1564.

ANNO 1564. laboratum eſt magno timore, & nouo ſidere fulminatum Lutheriſmi nomen: Mulbrunnæ enim inter Friderici Palatini, & Chriſtophori Wirtembergici Thologos diſceptatio inſtituta eſt. Ante pacti mutuo fuerant, ne ſine Principum conſenſu acta in publicum ederentur. Sed fidem ſecreti violarunt, incredibilique contra ſe mutuo acerbitate ſcripſerũt. Theologi qui diſputarunt, fuere, Michael Dyllerus, Caſpar Oleuianus, Boquinus pro Palatino, nam qui nuper Wormatię pro Lutheranis ſteterat, ſociusque Brentii fuerat, ac quinq; Lutheranos damnarat, nunc contra Brentium & Iacobum Andreæ, qui Wirtemburgici partes tuebantur, in acie ſtabat. Hoc & ſequenti anno quæ prius verecundius proſtabat Vbiquitas, magnis elogiis à Brentio in

Fidem violant, cũ de fide diſputant.

cata-

cataſtã producta eſt, venditaq;, nam in ipſo Colloquio verbum Vbiquitatis declinabant, & Maieſtatem Chriſti nominiare malebant. Omittendum nõ fuit, hoc anno ingenti clade Caluiniſmum fuiſſe afflictum, quod eius inſtitutiones Bernenſes damnarint. Nec alia tamen in parte bella ſcriptionum quieſcebant:

Hinc Diſputat. Vinarienſis cõtra Victorinũ Baſileę. Hẽrici Bullingeri repetito Doctrinę de Incõfuſis proprietatib. duarũ naturarũ in Chriſto vna perſona, adeoq; de veritate carnis Chriſti ad dexteram Dei Patris in cœlo ſedentis, & nõ vbique præſentis, contra Ioannem Brentium in 8.

ANNVS 1565.

Pertinax pugna ciuilis, nec maior inter Alexandri duces, quam Lutheri γενήματα pugna.

ANNO 1565. quis Eccleſiæ Pſeudo Luthericæ fuerit ſtatus, multis modis exponit rigidorũ ſectator Wigandus. Longe à lætitia, in ſqualore, & lacrymis, in contentione, & æmulatione. Prœla omnia queritur VVittebergẽſibus, & Lipſienſib. patere, Illyricanis claudi. Iubilate, Euohe dicite, quatite thyrſos, maiores veſtri Academici, qui contra

Catholicos ſteterũt, à veſtris hęretici vocantur, nec ita multo poſt loco pulſi ſunt. Ne vos quidem ea tempora Iubilæo Lutherico inſerere poteſtis. Deinde Synodos Eccleſiarum iuxta arbitriũ potẽtiũ, & affectus gubernari. Vbi ig turpurũ putũ verbum Dei, vbi Chriſtianiſmus, ſi potentium dictamen præualere, & formulas fidei imperare pręſumebat? Politicorũ vero tantam eſſe potentiam, vt Miniſtros non tantum pedum ſuorum oſculatores, ſed etiam ſcabella eſſe velint, vt ærumnoſæ Eccleſiæ Doctoribus articulos armatis minis obtrudant? Vigilat oculus iuſtitiæ, fraudib. ſuis rabulæ politicos in Eccleſiaſticos armarunt, illi ſeducti mala in auctores verterunt, & Miniſtris pro mancipiis vſi ſunt. Sequitur faſtum Nemeſis, ſed magna animarum ſtrage ſæuit, omnem ſpeciem non modo religionis, ſed Lutheranicę quoque ſuperſtitionis exſtirpat.

Religio Lutherana potentum pedi ſſequa, vt olim Pythii, Φιλιππίζει.

Cum deſieris contemnere, contemneris ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα.

(·:·)

AN-

ANNVS 1566.

ANNO 1566. in Conciliabulo Naũburgenſi, Confeſsio Auguſtana toties ad incudẽ reuocata, denuo recognita eſt, eamq; ſic temperatam nouo ſpiritu, Fredericus Princeps ſubſcriptione firmauit. Sed magna totius Saxoniæ turbatione tum Iacobus Andreę, homo, vt eum deſcribunt Haidelbergenſes, μελαγχολῶν, viſitare diſcordantes incepit. Fredericus Palatinus pro Caluiniſmi confirmatione apud Maximilianum Imperatorem multis modis egit, Lutheranos vero iocoſa vox Auguſti Saxonis vehementer perculiſſe dicitur, religio enim quæ à Principis pendet arbitrio, ſemper in motu eſt, & metu, quia quid is poſſit, non quid velit, attenditur. Cum enim Auguſtus Fredericum in religione ſua feruentem cerneret, comiter pulſato eius humero dixiſſe fertur. **Fritz du biſt frömmer dann wir alle miteinander.** Quod ita Lutherani interpretati ſunt, quaſi Luthe-

Vana terrent infirmitatis ſuæ conſcios.

rismo Caluinismum anteferret. Sed nulla bella externa, nulla Principis imperia discordias sopiebant. Chytr. Tõ. 1. deprauat: Confess. Aug. Euangelici, inquit, Doctores immanius fere ac truculentius, quam barbari milites inter se digladiantur.

Petricouiæ inter Arianos & Caluinianos habita disputatione nouæ discordiæ accensæ sunt, quę an. 1567. Varadini in Transyluania conuitiis, & execrationib. finitæ sunt, & in duratura odia firmatæ.

ANNVS 1567.

ANNO 1567. contra omnes prohibitiones, omniaq; edicta, & Synodos irrepsit in Saxoniã Caluinismus, adeo vt querantur illi, angulum non esse, in quo non deliteſcat aliquis Caluinista. Et tamẽ fraterna bella, ciuilesq; acies stabant semper instructæ, & sine missione pugnabatur: felices vero non sunt, qui ætatem in litibus agitant, cum ex multis partibus non nisi vna iustam fouere cau-

causam possit, omnes autē errare facile sit. Deflet Synerista suos & sophistas Nicolaus Selneckerus in Psal. 131. *De publica discordia in Ecclesia* (Lutherana) *nō est quod interroges. Loquor autem non de ea discordia, quæ nobis necessario de Doctrina fidei cum Papistis atque aliis hæreticis intercedit: sed de ea, quæ inter nos ipsos est, qui puram nos Euangelii Doctrinam habere gloriamur. Mota sunt enim certamina &c. de iustitia coram Deo, de libero arbitrio, de præsentia, de participatione corporis & Sanguinis Christi in cœna, de humanitate Christi, de eius ascensione, de sessione ad dexteram Dei, de vbiquitate, deque rebus aliis, ibi rixandi atque contendendi neque finis est, neque vllus modus, in hoc laborat, vt iustam causam habere videatur, & alius alium opprimere nititur: & quicunque nomen aliquod proferre potest, vnde nomen veneretur, id liberè facit.*

Discordia omnium perpetua.

Sed de periculo Caluinismi sero cognitū est, an. scil. 1570, & 1571. Res instituta fuit anno 1565. narrat Selneckerus, Epistolæ partem referunt

Mansfeldici im Bericht von newen Catechismo.

Hierzu kombt das vierde / daß D. Selnecker / der in ihren Kirchen lange in grossen ansehen gewesen / vnd ohne zweiffel / wie ers auch deutlich zuverstehen gibet / vmb jhre händel vnd sachen gute gelegenheit vnd bericht weiß) an seinen Schwehern Herrn Daniel Greser Superintendenten zu Dresd̃ schreibet. Wo Churfürstliche G nur einmal sich würde mercken lassen / als weren jhre Churfürstliche G. einiger Secten / sonderlich der Sacramentirern verwand: (Nota) So würde man wunderbahre wunder sehen / wie viel trotziger / den bißher alle Sacramentirer gethan / sie herauß fahren würden / wie ihr selbs wol wisset / vnnd ich nunmehr (Nota) von dem 65. Jahr bißhero erfahrē / vnnd solche wunderbahrliche anschlege zu beförderung der Sacramentirer vorgenommen / gehöret vnd vernommen / vñ zum teil auch / ohne Rhum / verhindert / (Nota) daß ich nicht wolte / daß es jederman wissen solte / man wolte es dann ja wissen. *id est. Istuc accedit quartū, quod D. Selneckerus (qui in*

Machinæ occultę sed Principis nutū expectant.

in eorum Ecclesiis magno loco fuit, & dubio procul, (vti etiam explicate satis ipse declarat,) negotiorū rerumque eorum statū probe perspexit ac tenuit) affini suo D Danieli Greser superintendenti Dresdano scribat. Si modo vel semel Illust. Elector vllum indicium daret, Illustrissimam suam Celsitudinem vlli sectæ, potissimum vero Sacramentariorum (Nota) addictam esse, aut in eam propendere, mira omnino admiranda visum iri, quanto procacius scilicet, quam antehac Sacramentarii omnes egerunt, in apertum prorupturi forent, vt satis superque ipse nosti, & ego ab anno iam 65 (Nota) experior, & tam admirandas ad promouendum Sacramentarios machinationes iam sæpius attentatas audiui & aduerti, imo partem etiam aliquam (quod tamen absque iactantia dictum velim) impediui (Nota) adeo vt omnino nolim constare passim omnib. nisi plane cognoscere autho rē contendant & laborent. &c. Item dicā quod res est, multos pios, & doctos, ita prorsus sentire, & literis suis nobis significare, ex loco illo ipso, ex quo Disputator prodiit: hoc quasi præambulo siue præludio,

primum lapidem aut gradum positum esse, super quem aliquando post Caluinici dogmatis paradoxa minore cum periculo extruantur. Hæc Selneckerus. Toto igitur illo sexennio res illa agebatur, vt Caluinismus induceretur, atque in illud wittebergenses, & Lipsienses incumbebant, sed quid opus est hic sistere? iam cum primum allata est wittebergam confessio, mutata est, vt tum alii, tum Mansfeldici, **Im Bericht** &c. fatentur, continuo illa verba: *sub specie panis, & vini omissa sunt*, deinde an. 1542. omissum verbum, *Aderat, & improbant secus docentes.* Itaque cum illa omnia quæ in Confessione, & Apologia sunt, mutata, & vt ioquuntur illi, deprauata, sint ita ad inducendum Zuinglianismũ cõmutata, amẽtis est, dubitare fuisse eo tẽpore semper plurimos Zvinglianos. Quam vero fuerit exosus Lutherismus, docebit ann. 1574. Si gladiatorum paria intueri tibi animus est, horũ apparatũ specta. In arenãprogressi, quorũ libros subiũgo. Responsio ad quædam scripta Christopho-

Confessio crebro, mutata iam euanuit.

ſtophori Laſii de peccato originali, libero arbitrio, conuerſione, & regeneratione, Germ. Vrſellis in 4.

Georgii Maioris Repetitio & finalis declaratio Doctrinæ de Iuſtificatione coram Deo, & de bonis operib. Wittembergæ Germ. Iohannis wigandi poſitiones de operib. contra quaſdam præſtigias & argumenta Ioachimi weſtphali in 8. Lutherani in ſe compoſiti.

De errorib. Georgii Maioris admonitio de noua pœnitẽtia Georgii Maioris, aduerſus eius repetionẽ, & finalẽ declarationẽ conſcripta Germanice in 4.

Hermanni Hamelmañi reſpõſio ad dicta Patrũ, quos ℔ ſua aſſertione, ℭ Chriſt⁹ homo ſit in loco, Zvingliani afferũt. Itẽ quomodo Caluiniſtarũ Lithurgia non ſit conformis Lithurgiis quæ fuerunt vſitatæ in primitiua Eccleſia in 8.

Iacobi Scheckii reſponſum ad Simonis Simonii libellum, quo conatus eſt librum de vna perſona, & duabus naturis in CHRISTO refellere: Reſpondetur etiam

etiam Erasto, & explicatur Schec-kium non consentire cum Erasto. Tubingæ.

ANNVS 1568.

ANNO 1568 Si vllum vnquam nobile certamē inter Lutheranos & lacrymis dignū fuit inſtitutū, id fuit Alembergenſe, nam Principes, Principumque legati, coryphæi Miniſtrorum, atque Academiarum, longas lites peroſi, & quocunq; modo ad concordiam parati, totaque Germania Lutherani nominis ad exitum pacificationis intenta, quid crederet in poſterum, exſpectabat. Sed voluit Deus oſtendere, vti res ipſa, ſi mens non cæca fuiſſet, omnibus manifeſtum debat. Non magiſtratuum edictis, aut hominum iudiciis, ſed diuina reuelatione, interprete Eccleſia, eidem rectam inuenirī. Controuerſia fuit inter molles & rigidos, ſemeſtri ſpacio contentio tenuit, tandem cum anathematis, & conuitiis, p ſua quiſq; parte indulſiſſent,

Quo malior in crudo vulnere medicamentis aſſiduitas, hoc magis cancrum aſperatur.

sent, infestis animis vtrinque discessum est. Rigidi, quos alii Flacianos nunc angusto nomine appellant, libros Melanchthonis, Augustanam Confessionem correctam reiecerunt, eorumque lectione suis interdixerunt, Cæremonias, etiam vestimenta Ecclesiastica, quæ adhuc in vsu erant, sustulerunt. Mores, libros Lutheri, qui primarium editionum erant, reiecerunt. Itaque nec tanti erigidi, hve publico primum consilio Lutheri Doctrina discessum esse. Sed tam vt sæpe ostendi, nemo erat, qui vniuersam Lutheri Doctrinam defenderet. Quinta lades sit ata Saxoniæ hoc anno fuerit, Simo Schardius Tom. 4. ostendit. Cum enim grauissimas contentiones, animorumque acerbitates enumerasset, in lacrymas soluitur, nec satis gerit in tha sa nimos sæculares, *Horam certe apsis num*, inquit, *miseretur Christus Iesus, ac Ecclesiæ suæ vulnera propter gloriam nominis sui sanet, & animos docentium ad mansuetudinem lenitatemq; studiumque pias, & salutaris pacis, atque concordiæ*

Disputationis finis Saxonicus non fuit, quum vestigia pulcherrimæ reformationis

illis cum Iuramento ſubſcripſerunt, Bergenſibus tanquam ſecundis cutis, iterum ſubſcribere coacti ſunt, cum Concordibergenſes dicerent: *Torgauienſes non recte factos, itaq; nomine principum ſe omnes ab omnibus aliis ſubſcriptionibus, liberos reddere, atque abſoluere, ab omnibus*, inquam, nam anno 1570. cum Wittebergenſibus de corpore doctrinæ conuenerant, nunc & corpus illud damnant, & pacta tollunt, omnesque in ſuam naſſam trahunt. Hæc atque alia innumera, dum apud alios, tum verò in inſtructione de proceſſu Bergenſium Theologorum: Quos demum deſperatio impulit, vt Conſtantinopolim mitterent, & Patriarchæ ſubſcriptionem emendicarent. Sed ille nouitiam hæreſin damnauit, & rogauit ne moleſti ſibi offerendis, tam manifeſtis erroribus eſſe vellent. Abierunt illi retro vnde venerant, ſed tamen de Patriarcha ſeſe vlti ſunt: *Verum ecce tibi, inquit Florimundus l. 5*

Noua pietas, iuramentum fidei factũ, principes irritum faciunt.

Longinqua auxilia domeſticis malis fruſtra quærunt.

nigram & inueteratam hominum iſtorum malitiam, qui hoc velut præiudicio læſos ſe exiſtimantes, eundem Patriarcham poſtea apud Turcarum Imperatorem Baſſæ cuiuſdam opera, perfidiæ & proditionis accuſare non dubitarunt, tamquam cum Papa communi Mahumetanorum & Lutheranorum hoſte cõſpirantem: vnde etiam miſero illi in exilium eiecto, alter fuit ſubſtitutus. Facta ſunt hæc paulo poſt eam, quam Chriſtiani à Turcis apud Echinadas reportarunt victoriam, Pio V. S. fœderis iſtius auctore, S. ſedem tenente. Sed ad Iacobum Andreæ reuertor.

Theologi calumniatores cum repulſam patiuntur.

Nunc igitur ſi Iubilæum verum, & centum annos agit veſtra fides, Concordiam, quæ omnium veterum Scriptorum σφάχθων, omnium emendationem induxit, remouete: nemo, nemo, qui ante concordiam annis ſexaginta ſæpius reformati Lutheriſmi vixit, & de religione ſcripſit, cum illâ concordiâ concordauit, id teſtimonium Concordiſtarum, Caluinianorum, Catholicorum eſt; plerique etiam ſummo ſtudio

ſtudio diuerſam ſententiam defenderunt. Si igitur orthodoxa eſt concordia, ſexaginta annos perdidiſtis, ſi falſa eſt concordia, ſexaginta annos ab hæreſi non abſoluiſtis, & quadraginta hæreſin defenditis, nec proauorũ illæ diſſenſiones, ſed præcipuorum, & eorum, à quibus in cæteros erroris efficacia manare poteſt. In Academijs, in aulis, in ſuggeſtis errores illi dominati ſunt. Si quibus aliud non placet legere, ſaltem Francofurtenſium Miniſtrorũ ſcriptum contra Electorales Saxonas Theologos Dreſdæ congregatos, inſpicere dignentur, editum eſt ſcriptum hoc anno *1571*. Nihil igitur certi, nihil ſtatuti habent, necinitium Iubilæi, nec medium norunt. Venit mihi in mẽtem admirari rem, quam vix poſtera credet ætas, ſummo conatu Principes concordiam vrſere, ſummo iure in prædicantes vſi ſuos, expellentes, recipientes, vinclis ſtringentes, præmio & promiſſis ad concordiam inuitantes, & illi ipſi, qui religionis negocia caupo

Cum Deũs immiſis ſpiritum vertiginis nulla vis humana concordiam ſtabilire poteſt.

nantur ambitione, auaritia, odio fidei articulos metiebantur, vt docent variorum, quas citaui, sermones, nec tamen conuenire potuerunt. Qua in re grauis Dei vlciscentis manus contemptum sui vindicãs apparet. Quicquid enim ab aula venit de religione nouanda, contentiones parat, quicquid in religione ad aulę fauorem accommodatur, furores accendit.

Noui hæretici superbiunt, senes insaniunt.

Mihi huius temporis statum facetè & aulice expressisse videtur Senior Cancellarius Anhaltinus Truhenrott in Colloq. Hertzbergensi. **Es gehet vnsern** Theologo **wie den Jungen angehenden Juristen/ die es im erstẽ Jahr alles wissen / im andern zweiffeln sie/ im dritten wissen sie gar nichts/ etc.** addebat, **vnser** Theologus **ist noch im ersten Jahr.** Id est: *Accidit Theologo nostro, quod Iurisprudentiæ tironibus, qui primo anno norunt omnia, secundo dubitant. tertio nihil omnino sciunt.* Et addebat, *Theologus noster etiamnum est anni primi.*

Capere hoc debebant Bergenses, sensus erat: Amlingu[illegible]nuũ Theo-

logũ, confitenter, & vt, Chriſtophorus ab Heim dicebat, primo gladio depugnare, & aliquid certi habere, mediocres Theologos Lutheranos dubitare, canos iã nihil ſcire, cani n. Bergenſes erant, vt initio Colloquij Chemnicius gloriatur: **Dz er vor ſich alle** Theologos **in grawẽ Haren/ die ſie mit Ehren trugen/ ſehe:** lõgo poſt tempore, ea præfatio in hominum vrbanorum, & dicaciũ facetias incurrit.

Meum de toto negocio, hoc eſt iudicium, quod olim quidam haud inuenuſto carmine ſignauit.

Vulcanum fornax, aut ars indocta fefellit,
εἰρήνην dum vult cudere, cudit ἔριν.

Reuera cudit ἔριν; nam præter perpetuos tumultus q̃ ſunt conſecuti, poſt horribilem illum, & ſacrum librum auctoritatib. magiſtratuũ, miniſtris obtruſum, certamina creuerunt, & in Caluinianam, ſocinianam q; ſectã maxima pars declinauit. Interea Palatinatus, Brandeburgicus Electoratus, Haſsia, Sueçia, vt de minorũ gẽtium dynaſtis taceã, à Cõcordia non modo receſſerunt, ſed nullum in ſua pro-

Concordia coacta, diſcenſiones exacuit.

Concordia Bergenſis abſurditas, Caluiniſmo, vt minori malo viam fecit.

Prouincia concordiæ tàm famosæ fautorem retinent in Ecclesia. In angustum redacta est concordia, & in angustiis suis sine missione pugnat, & pugnabit, donec litem mors vltima linea rerum

Diuidat, & stolido scribat sua fata furori.

Imminet enim fatigato coniubilans Caluinismus.

Hæc si intelligitis, simul iudicare debetis, cymbala vestra ad luctum vertenda; non ludorum, sed fletuum esse tempus. Quid enim stultius, quam vestros maiores, cùm integrã magis doctrinam, & duplo plures principes haberent, miserrima, tristissimaque tempora sua vocare; vos in illa paucitate, & paucitate dissecta, & sibi infesta, simulatione gaudiorum, nobis flendi, Caluinianis subsannandi quandam necessitatem, certè occasionem inferre?

ANNVS 1579.

Tumultus VVitteber gæ.

ANnus 1579. grauis fuit Wittebergæ, & Lipsiæ inter Theologos disputatio, & tumultus; & cum

cum literis Electoris ad ſubſcriptionem vrgerentur, alij vere, alij fictè ſubſcripſerant, quidam hiſce verbis: *Hanc formulam vt probo, ſic ſubſcribo.* Multa ea de re Saxones, Haidelbergenſes, alij; breuiſſimè refert Florimundus L. 5. *Iacobus Andreæ frequentes diuerſis in locis paſſus repulſas, & ſupradicti Principis conſenſu ad VVittebergenſem, & Lipſienſem Academias profectus eſt, vt Theologiæ ſtudium eiuſque Doctores reformaret. Quamuis autem Lutheri filio, Principis Medico comitatus veniſſet, vt hominis popularis & ob patris, Saxonum Prophetæ, memoriam vulgo cariſſimi (quem plerique homini paternæ gloriæ æmulo, immo ſcriptis ſuis eam obſcurare conanti, talem operam præſtare mirabantur) præſentia ac ſocietas inſtituti excuſaret inuidiam, ac tanto plus adderet auctoritatis, paucis tamẽ librum ſuum probare potuit. Quũ ergo poſtridie conſcenſo ſuggeſtu, magna accurrente hominum, Scholarium præſertim (qui ciues ferè numero ſuperant) multitudine, concionem ad populum haberet, & in ſermone Philippum Melanchtho-*

Concordia in tumultum deſinit,

chthonem quondam ibi Professorem, perstringere cœpisset: ecce tibi, obscurum initio murmur & strepitus, mox ingens clamor præsentis iuuentutis exoritur: Prædicantem illum primo verbis & conuitiis, mox libris, lapidibus, & quidquid ad manum, insectantis, tanto impetu ac furore, vt pacis hic & concordiæ præco, in ipsa Ecclesia nouo belli genere deprehensus, ægre Rectoris, & amicorum opera studiosorum manus euaserit, ac lapideo huic imbri sese subduxerit. Hoc modo euitato periculo, miser hic Theologus Dresdam profectus, grauiter de hac iniuria apud Electorem conquestus est: verum quia verendum erat, ne tumultuantium, & Magistri sui honorem tam strenuè vindicantium pœna Vniuersitati (id enim genus Scholas Germani Principes magni faciunt, tam ob emolumenta, quæ inde ad subditos redeunt, quam vt maiori in existimatione apud exteros habeantur) non parum adferret detrimenti, verbis amicissimis hominem consolatus, tantæ insolentiæ rationes propediem exacturum se promisit, interea acquiescere iussit. Quum verò Smidelinus, ne eandem quam Witteberg. fortu-

Iniurias non tolerant, sed vlciscūtur hæretici.

nam ſubiret, Lipſiam ipſe proficiſci non auderet; Auguſtus Elector tam VViteber-genſes, quam Lipſienſes Theologos per literas vt formulæ huic Cõcordiæ ſubſcriberent, grauiter eſt cohortatus. Et plures quidem ſubſcripſerunt, nõ tam ſua ſponte, quam Principis auctoritate permoti. Nonnulli verò dubiis admodum verbis vtebantur, nimirum: Hanc formulam vt probo, ita ſubſcribo.

Quis rectius induerit arma, non pronuncio; vtrinq; erratum eſt. Smidelinum Academici, hos Elector caſtigauit Electorẽ ſucceſſor damnauit, ſucceſſorẽ hæres. Wittebergenſes probe etiã vltus eſt Smidelinus; vbiq; enim eos de hæreſi infamauit. Hæc eſt illa aurea Concordia:

Aurea, perpetua ſemper digniſſima vita.

Cui hodieq; iubilus canitur à Lutheranis, & ſpe futurorum Caluiniſtę accinunt. Sic gaudet ad mugitum bouis Leo, & alacer rugitu nemus omne terret. Diſcordiarum & pugnarum, hac annorũ decade pugnatarũ teſtes accipe Lector, librorũ titulos, quos adiungere viſũ eſt; Ex illis n. tota illa νεκυια, ob oculos tibi ponetur.

ANNVS 1571.

DE peccato originis, & quibuſdam aliis controuerſiis noſtri temporis: Germanice. Item Analyſis argumentorum, quibus Illyricus nititur. Ienæ in 4.

Iohannis Petrei admonitio, ne fides habeatur clamoribus Flacianorum damnantium Miſnicas Eccleſias, ſed vt ipſorum contentiones, & rixæ caueantur; Wittenbergę in 4. Germanice. Mutuo ſe damnant.

De peccato Originis contra Manichæorum deliria in 8. Ienæ. Noua monſtra.

Commonefactio de monſtris nouis, & fœcundis in doctrina de peccato. in 4.

Scripta quædam Wigandi, & aliorum de peccato originis cõtra Manichæorum deliria, quod peccatum originis ſit ſubſtantia Ienæ in 8.

Diſputatio de bonis operibus. Ienæ in 4.

Commonefactio, qui ſint perturbatores omnium maximi in mundo. Ienæ in 8.

Maximi in mundi perturbatores Caluiniani

Ad Nicolai Selneceri, & Theologorum Ienensium calumnias responsio Geneuæ in 8.

Ad Theodori Bezę calumnias responsio in 8.

LIBRI SECTAR.

ANNI 1572.

REsponsio Germanica ad omnia Sophismata Pelagiani accidentis. Vrselis.

Propositiones de Peccato originis contra furores Manichæorum, & Pelagianorum. Ienæ in 4.

Impia dogmata.

Antidoton cõtra impium dogma Illyrici, quo asserit quod peccatum originis sit substantia. Ienæ in 4.

Disputatio de peccato originis contra Manichæos iussu Ducis Saxoniæ instituta Ienæ in 4.

Septem sectarorum Manichæorum discussio. Ienæ in 8.

Præstigiæ Lutheranæ.

Christophori Petralis. Apologia veræ doctrinæ de definitione Euangelii, oppositæ thrasonicis præstigiis Ioannis Wigandi Wittenbergensis in 4.

LIBRI SECTAR.

ANNI 1573.

REſponſio ad Islebienſium Concionatorum falſam inſtitutionem. Germ.

Rationes, cur hæc propoſitio: Peccatum originis eſt corrupta natura: in controuerſia cum Manichæis nequeat conſiſtere. Ienæ in 4.

De homine integro, corrupto, renato, glorificato, & deuicinis rebus in 8.

LIBRI SECTAR.

ANNI 1574.

BVllingeri reſponſio ad ſeptem præcipua accuſationis capita Lutheranorum.

LIBRI SECTAR.

ANNI 1576.

Andreæ Muſculi diſputatio tertia de Cœna Dominica, oppoſita Caluiniſtarum corruptelis.

Articuli de cœna Dominica Miniſtris Eccleſiarum & Scholarum Marchiticarum, mandato D. Ioannis Georgii Marchionis Brandeburgici Electoris propoſiti &c.

Ad eoſdem articulos reſponſio piorum & Orthodoxorum aliquot virorum, Autore Lamberto Danæo.

Lucæ Oſiandri admonitio de errore Zvinglianorum &c.

Boquinus Notatio breuis præcipuarum cauſarum diuturnitatis in controuerſia de cœna Domini.

Papatum illum duriorem fatentur noſtros.

Querela de Secunda captiuitate Babylonica, & nouo Papatu.

ANNVS 1577.

HErmanni Hamelmanni diſputatio, cum aliquot concionatoribus Friſijs, in cauſa Sacramentaria, eiusq; vita.

Oſiandri Homiliæ duæ de cœna, Tubingæ Germ.

Anhaltinorum Theologorum Apologia,

Petri

Petri Glasseri libellus, quæ fuerit Lutheri sententia de cœna, vsque ad vitæ suæ finem. Lipsiæ Germ.

Victorini Strigelij commentarius de præsentia Corporis Christi in Cœna &c. dictatus anno 1553. in Academia Ienensi.

Iacobi Schegij refutatio Thesium Theodorici Schnepffij de personali vnione, &c.

Iacobus Schegius contra Vbiquitatis dogma.

LIBRI SECTAR.

ANNI 1578.

APologia ad omnes Germaniæ Ecclesias reformatas, quæ sub Zvingliani, & Caluiniani nominis inuidia vim, & iniuriam patiuntur Tiguri in 8.

Argumentorum & obiectionum de præcipuis articulis doctrinæ Christianæ cum responsionibus, quæ sunt collectæ ex scriptis Philippi Melanchthonis, additis Scholijs

illustrantibus vsum singularum responsionum. Partes 7. Neapoli ab Anno 1578. vsque ad annum 1589. in 8.

Asinus auis. Asinus Auis ad Sacramentarios Heidelbergēses scripta ideſt Metamorphosis noua, qua Marcus Beumlerus, dum temere in auem falconē transire voluit, ridiculo errore in asinum commutatus est. Tubingæ in 4.

Assertio veræ & Orthodoxæ doctrinæ de vnitate personæ, & distinctione duarum naturarum in Christo, ac refutatio dogmatis de Vbiquitate, &c. Tiguri.

Christophori Pezelij declaratio doctrinæ de sacra cœna, Neostadij Germ.

Hermanni Pacifici expositio dilucida, qua ratione controuersia de Sacra Cœna facilè cognosci & componi possit.

Digitized by Google

LIBRI SECTAR.

ANNI 1579.

IOHANNIS Sturmii Antipappi tres contra Iohannis Pappi Charitatem & condemnationem Christianam in 4. Condemnationes.

Ambrosii Wolffii fundamenta Lutheranæ doctrinę de vbiquitate, atque adeo de Corporali præsentia Corporis Christi in Eucharistia ad orthodoxæ normã fidei expensa, & sub veritatis censura renouata ex orthodoxo cõsensu contra patres Bergensis. Geneuæ in 4.

De confessione Augustana, quo sensu iam pridem à sociis eius intellecta, accepta, & approbata fuerit, & de concordia Lutheri cum Martino Bucero, & Helueticis Ecclesiis Geneuæ in 4. Sensus cõfessionis Augustanæ.

Confutatio accusationum, quibus Sacramentarii Ecclesias puriores, quæ Augustanæ Confessionis subscribunt, onerare solent, continens verã doctrinam de Cœna Domini, & duabus in Christo naturis.

Digitized by Google

Item refutatio exegeſis Sacramentariæ. Lipſiæ.

Lucę Oſiandri Antiſturmius vnus Tubingæ in 4.

Accuſationes mutuæ.

Nicolai Selneceri confutatio accuſationum, quibus Sacramentarii Eccleſias puriores, quæ Auguſtanæ Confeſſioni ſubſcribunt, onerare ſolent.

Nicolai Selneceri neceſſaria & breuis repetitio veræ & perſpicuæ doctrinæ de Cœna Domini &c.

Nicolai Cancerini defenſio Auguſtanę Confeſſionis contra Danielem Toſſanum Heidelbergenſem Theologum &c. Tubingæ, Germanice.

Ioannis à Ritus Baronis de vera communicatione Corporis Chriſti.

Lamberti Danęi reſponſio ad Nicolai Selneceri librum qui inſcribitur neceſſaria repetitio, &c.

Benedicti Thalmanni tractatus, In quo &c. Synuſiaſtarum, ſeu Conſubſtantiatorũ opinio de corporali præſentia, & orali manducatione refellitur.

Am-

Ambroſii Wolffii Liber cui titulus: Fundamenta Lutheranæ doctrinæ &c. ſub veritatis cenſuram reuocata &c.

ANNVS 1580.

ANNO 1580. Metrophanes patriarcha Conſtantinopolitanus vel in locum Ieremiæ ſucceſſit, & de Concordia à Lutherianis appellatus, illis in hunc modum reſpondit. *Rogamus itaque vos ne poſt hac labores nobis exhibeatis, neq; de iiſdem ſcribatis. Nam Theologos, qui Eccleſiæ lumina fuerunt alias aliter tractatis, & verbis quidem honoratis eos, factis vero reiicitis, armaq; noſtra nobis inutilia efficere vultis: excutere ſcilicet de manibus noſtris verba eorum Sancta, & diuina, quibus nos ad ſcribendum, & contradicendum vobis vti potuiſſemus. Quamobrem quantum ad vos attinet, liberaſti nos curis.*

Impoſturas accuſat Lutheranos Patriarcha Cõſtantinopolitanus.

Hoc anno edita in lucem & Concordia Bergenſis, admirabiles motus effecit, mirantibus, & frendentibus

Lutheranis tam informi monſtro ſeſe obſtetricaſſe, Caluinianis effuſe ridentibus, quamuis enim Saxones odia in Caluiniſmum non poſuerint, ciuitates tamen Imperiales, & Hanſeaticæ, Electorum Brandeburgicæ ditionis, Landgrauii, comites, & nobiles, quamlibet religionem tam abominandæ doctrinæ præferendam iudicabant.

Hinc Anhaltinorum, Wedenſium, Iſenburgicorum, Furſtenburgicorum, Hanouiorum, aliorumque comitum à Lutheriſmo receſſus, quamuis Lutherum laudent, à Concordia tamen ſe alienos eſſe teſtantur; Confeſſionem Auguſtanam ſe tueri, & propterea in pace religionis eſſe profitentur, Concordiam Bergenſem nouas habere hæreſes, ideo qui illam amplectantur, nec Confeſſionis Auguſtanæ, nec pacis, quæ de religione facta eſt, conſortes eſſe.

(*)

AN

ANNVS 1581.

ANNO 1581. Aquiſgranenſes hæretici iam palam Cæſari reſiſtebant, indicabãt ſe parituros verbo, ſed omnia differebant; nã violato magiſtratu, cum pœnas metuerent, proteſtantium tutela & interceſſione per multos annos vigorem legum eluſerunt; neq; tamen quam Lutheri partem ſequerentur cognoſcere potuerunt. Non erant illi Vbiquitarii, ſed Belgii vicinitate ciuiliores; Caluiniſtæ tandem primas tenuerunt; ſed vtroſque contra magiſtratum perfidia, rebellioque infamauit. Omnia vero recruduiſſe bella hoc anno videntur. Acies anni pręcedentis & huius tu lector, intuere. Adhuc ſupereſſe poſſunt, qui tum pugnarunt, & libris ſcriptis certę ſeſe ſectæ obligarunt. Nunquam hactenus ita vno gradu, eodemque ſibi occurrerunt. Tu lector, armaturarum nomenclationem audi.

Religionis pærtextu regionem captant Aquenſes hæretici.

AN-

ANNVS 1582.

ANNO 1582. ostendit verissimum esse, quod Comœdus dixit: *homine indocto nihil esse iniustius, qui nihil, nisi quod ipse fecerit, rectum putat.* Nam hoc anno cũ in Belgium, agente Alenconio, Calendarii Gregoriana reformatio receepta esset, contra insigniter furere cœperunt, hominum omnium quadratissimi prædicantes. Quamuis enim errorem veteres Mathematici, & patrum memoriâ Albertus Pighius, Paulus Forosempronienſis Episcopos, alijque notassent; ad hæc tamen tempora emendatio illa ventilata diu, omnibus promulgata: Galli, Angli, Belgæ sectarij, vt rem politicam susceperе; Soli Germani rudiores restitere. Principes quidem, quod à pontifice promulgaretur, auctoris odio repudiarunt. Prædicãtes, quod mireris, cum controuersiæ statum non intelligerent, vt qui in poculis magis, quam erudito puluere exercitati

Imperitia præceps in iudicando, & cum assentatores habet intractabilis.

ci ati essent, miras tragœdias conci-
tarunt, & quod supra quam dici po-
test, omni tempore lamẽtabile, hac
occasione multas animas, aut per-
uerterunt, aut in errore confirma-
runt. Dicebant illi. Papam mutare
tempora, statuere, ne dies decem,
qui elapsi essent, pro diebus cense-
rentur, velle vt dies vicesimus, deci-
mus esset. Solem reducere, aut siste-
re conati. Nullum certius signum
Antichristi esse, quam tam aperta
mendacia tradere. Dignum esse, qui
dies illos decem aut ne viueret, aut
vapularet, aut eculeo cruciaretur.
Quid huic imperitissimæ iactantiæ
addi potest? Sic enim litigabant in
alieno foro, & ostendebant, se nun-
quam, ne pictum quidem mathema-
ticum vidisse. Deus bone! Homines
adeo bardi, vt solem ignitum lapi-
dem putarent, nullius astri cursum
intelligerent, illâ pecuuinâ ruditate
ad miseros inescandos abusos esse?
Et vos, ô principes, ô nobiles vrbes
truncis illis credidisse, & forte adhuc
credere? Serio sanè laboratum à pe-
ritio-

Impia peruertendis animabus strophæ.

Mathematici sederunt prædicantes.

ritionibus ſectarijs, vt bucconesillos compeſcerent, ne toti mundo ridendum exponerent Euangelium, tam vaſtâ ignorantiâ falſum. Agite, temporum ratio ad annum Iubilæum pertinet, tenebris additæ gaudia, & felici ſtupori hecatombem anni ſecularis immolate.

ANNVS 1583.

Palatinatus Luthericus.

ANNO 1583. Cauſam ſuam tergiuerſando deteriorem Lutherani fecerunt; colloquium enim à Caluiniſtis oblatum recuſarunt. Potentia Ludouici Principis in preſens tuti, eius morte vero periit in toto Palatinatu Lutheraniſmi nomen.

Ad nouum monſtrum omnes concurrũt.

Quartus hic ab edita in lucem concordia agitur, cum vero vt inuiſam auem, Germanicamq; noctuam omnes eam impeterent, hoc anno apologiam ediderunt, contra Anhaldinos, Bremenſes, Irenæum, Naſum, hos enim nominant, queruntur turmatim libellos famoſos, Satyras, paſquillos ſparſo, demum etiam libellum

bellum cui titulus ſit: *Noua nouorum*. Præcipue tamen Neuſtadianos, & Wolffium inſectantur.

Quantas ille annus lacrymas dederit, etiam inter ſua gaudia Academici Saxones audient. Anno enim illo mortuus eſt Ludouicus Palatinus, qui Lutheraniſmum cum vbiquitate, quæ contra vim nominis ſui palatinatu exulauerat, denuò reuocaret: pro Friderico filio tutor, & adminiſtrator Ioannes Caſimirus ſucceſſit, & Lutheranos, cum ipſa Concordia expulit; exulantibus addita ludibria, & inuenti prętextus, vt iure merito pelli viderentur. Nec hic calamitas ſtetit, ſed alias quoq; prouincias contagione peruaſit: magna enim auctoritas Caſimiri, Comites, nobilesq; in partem traxit. Quin & in Saxonia occulti Caluiniani criſtas erexêre.

Mobile mutatur ſemper cũ principe vulgus.

AN-

ANNVS 1584.

Facilius tetricas phantasias, quam vestem exuunt hæretici.

ANNO 1584. die 17. Iulij, toto Palatinatu indigni iudicati sunt prædicantes Lutherani, illi videlicet, qui se Caluinismo contaminare noluerunt: multi namque fortunam secuti, tot promissiones, subscriptiones, & iuramenta suis cõmodis posthabuere.

Causas exiliorum tradunt Caluiniani sex: *Prima, quod cum Caluinianis nec ad baptismũ patrini assistere, nec defunctis extremũ honorem exhibere vellent.* Secunda, *quod contra suos magistratus falsum testimoniũ dixerint, eosq; pertinaciter, quasi impia dogmata fouerant, traduxerint.* Tertia, *q acerbo sint in Magistratus suos animo, externa imperia, potentiamq; respexerint, eaq; re animos ciuium terruerint.* Quarta, *quod ne ciuilem quidem pacem cum Caluinianis colere, non in eodem consilio cõsidere, non aue dicere, voluerint.* Quinta, *quod τὸν ἔλεγχον verterint in λοιδορίαν, veram, iustamque errorum reprehensionem, in falsas*

Accusantur mali, sed à peioribus.

falsas calumnias; nam hæresibus, vitijs, idololatriaq; præsentis Caluinianos diabolo deuouerunt, eosq; Arianos, Sacramentarios, in Sacramenta contumeliosos, fanaticos appellarunt. Sexta, *quia animaduersum est, eos magna ex parte, ad superbiã, ferociam, contumaciam educare, atque instituere iuuentutem. Itaque necessario illos à Republica remouendos, vt subtracta materia vis incendij elangueſcat, ac exstinguatur.* Tanti mali causa Concordibergensis Chimæra omnium pene articulorum fidei abnegatrix, & plurimarum hęreseon promotrix: eo enim monstro territi plurimi à Cõcordia desciuere. Causas Haidelbergenses considerate Lutherani, quãq; sit expeditum, atq; in promptu Ministris Caluinianis tradere gladium suis Magistratibus, quo iugulemini. Quod enim sanguinem non dederitis, summæ principis clementiæ imputant, adduntque plerosque vestrum libro concordiæ, quem non legeritis, & cuius rationem reddere non potueritis subscripsisse. Quid hic habetis, quo exultetis?

Nunc eadem buccina iubilant.

Calumniator cũ sauciauit, beneficium putat, q; non occidit.

tis ? Quid eſt hoc loco, non flebile? Palatinatus ante Catholicus, exiguo tempore Lutheraniſmum profeſſus; ſed mox ambitioſè decertantibus Academicis, per annos octodecim inductus eſt Zwinglianiſmus à Friderico; deinde per annos ſeptem reductus Lutheraniſmus; nunc viget Caluiniſmus. Quæ eſt conſcientia, quæ vertigo, tam pugnantes religiones, tam feruide, quaſi ſolas ſaluti ſufficientes ſuſcipere ? Verum hoc omitto. Damna veſtra ſentire vos cupio. Secundum iam transfugium Palatinatus à vobis in quo iam annvs 33. perſtitit, lugendum eſt,

Miſera res eſt religionũ crebra mutatio.

Pone truces animos Concordia, deſere faſtum
Dimidia iam parte minor, iam Rhenus, & Iſter
Aduerſa proparte fluunt, veterem nouus error
Expulit, effugiunt de Codice, ſubſcriptorum
Nomina, nunc alia pugnant in parte
LEONES.

Amiſso Palatinatu Lutherani vires perdiderc.

Ite

Ite citi, è lætis hæc demite tempora fastis.
Si tantos Albis victo canit amne triumphos,
Quid faciet victor regali flumine Rhenus?

Dimidia iam parte minor, sed quod est, miserabilius est, dimidium illud secum infestis armis dissidet, & à pluribus sui cultoribus contemnitur: Brandeburgicus enim Elector, non magnum discrimen esse inter dissidentes Lutheranos arbitratur. Scio Lutheranis ingratum esse, omnem eam, quæ est contra librum Cõcordiæ, mentionem. Affirmo tamen, librum eum, causam dedisse, vt abolerentur, quæ adhuc restare videbãtur, reliquiæ Lutheranismi. Si mihi nõ creditur, quia me mea suspectum facit professio, deuotissimo laruæ Concordibergensis mancipio Polycarpo Leisero credendum est. Ille libros Chemnicianos commendans senatoribus Lubecẽsibus, Hamburgensibus, Lüneburgensibus, Rostochien-

Cõcordiæ liber perdidit Lutheri reliquias.

Item refutatio exegeſis Sacramentariæ. Lipſiæ.

Lucę Oſiandri Antiſturmius vnus Tubingæ in 4.

Accuſationes mutuæ. Nicolai Selneceri confutatio accuſationum, quibus Sacramentarii Eccleſias puriores, quæ Auguſtanæ Confeſſioni ſubſcribunt, onerare ſolent.

Nicolai Selneceri neceſſaria & breuis repetitio veræ & perſpicuæ doctrinæ de Cœna Domini &c.

Nicolai Cancerini defenſio Auguſtanę Confeſſionis contra Danielem Toſſanum Heidelbergenſem Theologum &c. Tubingæ, Germanice.

Ioannis à Ritus Baronis de vera communicatione Corporis Chriſti.

Lamberti Danęi reſponſio ad Nicolai Selneceri librum qui inſcribitur neceſſaria repetitio, &c.

Benedicti Thalmanni tractatus, In quo &c. Synuſiaſtarum, ſeu Conſubſtantiatorũ opinio de corporali præſentia, & orali manducatione refellitur.

Am-

Ambroſii Wolffii Liber cui titulus: Fundamenta Lutheranæ doctrinæ &c. ſub veritatis cenſuram reuocata &c.

ANNVS 1580.

ANNO 1580. Metrophanes patriarcha Conſtantinopolitanus vel in locum Ieremiæ ſucceſſit, & de Concordia à Lutherianis appellatus, illis in hunc modum reſpondit. *Rogamus itaque vos ne poſt hac labores nobis exhibeatis, neq; de iiſdem ſcribatis. Nam Theologos, qui Eccleſiæ lumina fuerunt alias aliter tractatis, & verbis quidem honoratis eos, factis vero reiicitis, armaq; noſtra nobis inutilia efficere vultis: excutere ſcilicet de manibus noſtris verba eorum Sancta, & diuina, quibus nos ad ſcribendum, & contradicendum vobis vti potuiſſemus. Quamobrem quantum ad vos attinet, liberaſti nos curis.*

Impoſturas accuſat Lutheranos Patriarcha Cõſtantinopolitanus.

Hoc anno edita in lucem & Concordia Bergenſis, admirabiles motus effecit, mirantibus, & frendentibus

Lutheranis tam informi monſtro ſeſe obſtetricaſſe, Caluinianis effuſe ridentibus, quamuis enim Saxones odia in Caluiniſmum non poſuerint, ciuitates tamen Imperiales, & Hanſeaticæ, Electorum Brandeburgicæ ditionis, Landgrauii, comites, & nobiles, quamlibet religionem tam abominandæ doctrinæ præferendam iudicabant.

Hinc Anhaltinorum, Wedenſium, Iſenburgicorum, Furſtenburgicorum, Hanouiorum, aliorumque comitum à Lutheriſmo receſſus, quamuis Lutherum laudent, à Concordia tamen ſe alienos eſſe teſtantur; Confeſſionem Auguſtanam ſe tueri, & propterea in pace religionis eſſe profitentur, Concordiam Bergenſem nouas habere hæreſes, ideo qui illam amplectantur, nec Confeſſionis Auguſtanæ, nec pacis, quæ de religione facta eſt, conſortes eſſe.

(*)

AN

ANNVS 1581.

ANNO 1581. Aquiſgranenſes hæretici iam palam Cæſari reſiſtebant, indicabãt ſe parituros verbo, ſed omnia differebant; nã violato magiſtratu, cum pœnas metuerent, proteſtantium tutela & interceſſione per multos annos vigorem legum eluſerunt; neq; tamen quam Lutheri partem ſequerentur cognoſcere potuerunt. Non erant illi Vbiquitarii, ſed Belgii vicinitate ciuiliores; Caluiniſtæ tandem primas tenuerunt; ſed vtroſque contra magiſtratum perfidia, rebellioque infamauit. Omnia vero recruduiſſe bella hoc anno videntur. Acies anni pręcedentis & huius tu lector, intuere. Adhuc ſupereſſe poſſunt, qui tum pugnarunt, & libris ſcriptis certę ſeſe ſectæ obligarunt. Nunquam hactenus ita vno gradu, eodemque ſibi occurrerunt. Tu lector, armaturarum nomenclationem audi.

Religionis pærtextu regionem captant Aquenſes hæretici.

AN-

ANNVS 1582.

ANNO 1582. ostendit verissimum esse, quod Comœdus dixit: *homine indocto nihil esse iniustius, qui nihil, nisi quod ipse fecerit, rectum putat.* Nam hoc anno cũ in Belgium, agente Alenconio, Calendarii Gregoriana reformatio recepta esset, contra insigniter furere cœperunt, hominum omnium quadratissimi prædicantes. Quamuis enim errorem veteres Mathematici, & patrum memoriâ Albertus Pighius, Paulus Forosempronienſis Episcopos, alijque notassent; ad hæc tamen tempora emendatio illa ventilata diu, omnibus promulgata: Galli, Angli, Belgæ sectarij, vt rem politicam susceperè; Soli Germani rudiores restitere. Principes quidem, quod à pontifice promulgaretur, auctoris odio repudiarunt. Prædicãtes, quod mireris, cum controuersiæ statum non intelligerent, vt qui in poculis magis, quam erudito puluere exercitati

Imperitia præceps in iudicando, & cum assentatores habet intractabilis.

ci ati essent, miras tragœdias conci-
tarunt, & quod supra quam dici po-
test, omni tempore lamẽtabile, hac
occasione multas animas, aut per-
uerterunt, aut in errore confirma-
runt. Dicebant illi. Papam mutare tempora, statuere, ne dies decem, qui elapsi essent, pro diebus cense-rentur, velle vt dies vicesimus decimus esset. Solem reducere, aut siste-re conati. Nullum certius signum Antichristi esse, quam tam aperta mendacia tradere. Dignum esse, qui dies illos decem aut ne viueret, aut vapularet, aut eculeo cruciaretur. Quid huic imperitissimæ iactantiæ addi potest? Sic enim litigabant in alieno foro, & ostendebant, se nun-quam, ne pictum quidem mathema-ticum vidisse. Deus bone! Homines adeo bardi, vt solem ignitum lapi-dem putarent, nullius astri cursum intelligerent, illâ pecuuinâ ruditate ad miseros inescandos abusos esse? Et vos, ô principes, ô nobiles vrbes truncis illis credidisse, & forte adhuc credere? Serio sanè laboratum à pe-ritio-

Impia per-uertendis animabus strophæ.

Mathema-tici sede-runt præ-dicantes.

ritionibus sectarijs, vt bucconesillos compescerent, ne toti mundo ridendum exponerent Euangelium, tam vastâ ignorantiâ falsum. Agite, temporum ratio ad annum Iubilæum pertinet, tenebris additæ gaudia, & felici stupori hecatombem anni secularis immolate.

ANNVS 1583.

Palatinatus Luthericus.

ANNO 1583. Causam suam tergiuersando deteriorem Lutherani fecerunt; colloquium enim à Caluinistis oblatum recusarunt. Potentia Ludouici Principis in præsens tuti, eius morte vero periit in toto Palatinatu Lutheranismi nomen.

Quartus hic ab edita in lucem concordia agitur, cum vero vt inuisam auem, Germanicamq; noctuam omnes eam impeterent, hoc anno apologiam ediderunt, contra Anhaldinos, Bremenses, Irenæum, Nasum, hos enim nominant, queruntur turmatim libellos famosos, Satyras, pasquillos sparso, demum etiam libellum

Ad nouum monstrum omnes concurrũt.

bellum cui titulus sit: *Noua nouorum*. Præcipue tamen Neustadianos, & Wolfium insectantur.

Quantas ille annus lacrymas dederit, etiam inter sua gaudia Academici Saxones audient. Anno enim illo mortuus est Ludouicus Palatinus, qui Lutheranismum cum vbiquitate, quæ contra vim nominis sui palatinatu exulauerat, denuò reuocaret: pro Friderico filio tutor, & administrator Ioannes Casimirus successit, & Lutheranos, cum ipsa Concordia expulit; exulantibus addita ludibria, & inuenti prętextus, vt iure merito pelli viderentur. Nec hic calamitas stetit, sed alias quoq; prouincias contagione peruasit: magna enim auctoritas Casimiri, Comites, nobilesq; in partem traxit. Quin & in Saxonia occulti Caluiniani cristas erexêre.

Mobile mutatur semper cũ principe vulgus.

ANNVS 1584.

Facilius tetricas phantasias, quam vestem exuunt hæretici.

ANNO 1584. die 17. Iulij, toto Palatinatu indigni iudicati sunt prædicantes Lutherani, illi videlicet, qui se Caluinismo contaminare noluerunt: multi namque fortunam secuti, tot promissiones, subscriptiones, & iuramenta suis cõmodis posthabuere.

Accusantur mali, sed à peioribus.

Causas exiliorum tradunt Caluiniani sex: *Prima, quod cum Caluinianis nec ad baptismũ patrini assistere, nec defunctis extremũ honorem exhibere vellent.* Secunda, *quod contra suos magistratus falsum testimoniũ dixerint, eosq; pertinaciter, quasi impia dogmata foueant, traduxerint.* Tertia, *qp acerbo sint in Magistratus suos animo, externa imperia, potentiamq; respexerint, eaq; re animos ciuium terruerint.* Quarta, *quod ne ciuilem quidem pacem cum Caluinianis colere, non in eodem consilio cõsidere, non aue dicere, voluerint.* Quinta, *quod τὸν ἔλεγχον verterint in λοιδορίαν, veram, iustamque errorum reprehensionem, in falsas*

falsas calumnias; nam hæresibus, vitijs, idololatriaq; præsentis Caluinianos diabolo deuouerunt, eosq; Arianos, Sacramentarios, in Sacramenta contumeliosos, fanaticos appellarunt. Sexta, *quia animaduersum est, eos magna ex parte, ad superbiã, ferociam, contumaciam educare, atque instituere iuuentutem. Itaque necessario illos à Republica remouendos, vt subtracta materia vis incendij elangueſcat, ac exstinguatur.* Tanti mali causa Concordibergensis Chimæra omnium pene articulorum fidei abnegatrix, & plurimarum hęreseon promotrix: eo enim monstro territi plurimi à Cõcordia desciuere. Causas Haidelbergenses considerate Lutherani, quãq; sit expeditum, atq; in promptu Ministris Caluinianis tradere gladium suis Magistratibus, quo iugulemini. Quod enim sanguinem non dederitis, summæ principis clementiæ imputant, adduntque plerosque vestrum libro concordiæ, quem non legeritis, & cuius rationem reddere non potueritis subscripsisse. Quid hic habetis, quo exulte-

Nunc eadem buccina iubilant.

Calumniator cũ sauciauit, beneficium putat, ꝙ non occidit.

Ite citi, è lætis hæc demite tempora fastis.
Si tantos Albis victo canit amne triumphos,
Quid faciet victor regali flumine Rhenus?

Dimidia iam parte minor, sed quod est, miserabilius est, dimidium illud secum infestis armis dissidet, & à pluribus sui cultoribus contemnitur: Brandeburgicus enim Elector, non magnum discrimen esse inter dissidentes Lutheranos arbitratur. Scio Lutheranis ingratum esse, omnem eam, quæ est contra librum Cõcordiæ, mentionem. Affirmo tamen, librum eum, causam dedisse, vt abolerentur, quæ adhuc restare videbãtur, reliquiæ Lutheranismi. Si mihi nõ creditur, quia me mea suspectum facit professio, deuotissimo laruæ Concordibergensis mancipio Polycarpo Leisero credendum est. Ille libros Chemnicianos commendans senatoribus Lubecẽsibus, Hamburgensibus, Lüneburgensibus, Rosto-

Cõcordiæ liber perdidit Lutheri reliquias.

inter se residere passi fuissent. Neque enim de libro tantopere sollicitisumus, aut pro eo contendimus: sedipsa doctrina est de qua agimus, quam synceram & omnibus inferorum portis insuperabilem in eo contineri scimus, eoque ad posteros eam propagari optamus.

Causæ iustæ repudiandi Cõcordiam.

Cum igitur hunc librum magnates simul, & eruditi reiicere incipiant: duo hominum genera sese produnt. Alii proteruiendi, nobisque insultandi ansam inde arripiunt, qui nos vident, quasi fœtum, vix dum natu, & protinus extinctum, foueamus. Qua irrisione simplices adeo offenduntur, vt ipsi quoque propemodum defectionem ab illo libro meditentur, quia errorum segetem in illo contineri clamitatur. In aliis labascit fides, qui de Ecclesiæ & synceræ doctrinæ in ea conseruatione pene desperant, atq; metuunt, ne de saniore religione iam sit actum. Quid ergo? Num ne & nos librum hunc abiiciemus, ne soli irrideamur ob aliorum inconstantiam? An & ipsi de conseruatione & propagatione doctrinæ in illo libro comprehensæ animũ abiiciemus? Minime vero. Quin con-

Concordia in partu expressa.

Pauci, & de ridiculo aliis sunt Cõcordiæ defensores

non potest esse constantia publici, crassi, & quem manus recusant, erroris. Nunc quæso, quis Iubilæum celebrat, Concordistæ, an concordiæ Bergensis inimici? si Concordistæ; pauci sunt; & alijs ludibrio. Si alij; Concordistis sunt apostatæ. At in Saxonia viget ille liber. Imò vero publicè colitur, priuatim irridetur. In publico est adulatio, in occulto odium. Iam tot anni docuere, nec professioni, nec iuramentis Wittebergensium esse credendum, si enim octiduo ter confessionē mutauit Smidelinus Bergensis Chimęrę parens, quid mirum si illa quoque intra cunas suffocetur? Nã omnium Ecclesiarum suarum iudicium Dresdana in synodo expressũ, paucis illis possunt opponere. De tota re, cum recentem Danielis Hostmanni controuersiam narrat, ita testatur historia.

Det serenissimus liberam synodum, cum fide, non fraudi ferè libertatē, vna dies explodet vecordiã.

In Germania, quæ vt Africa monstrorum, sic hæreseon est feracissima, inter alia monstrosam quandam sectam, quam vbiquitatem Do-

hanc Luthero mortuo Eccleſię Saxonicæ Doctore Philippo Melanchthone acriter impugnarunt. Is enim in Epiſtola ad Fridericum comitem Palatinum, quam ſcripſit anno LIX. Alii inquit, Vbiquitatem excogitarunt. Et addit, Hæc ſunt portentoſa omnia. Sed & anno deinde LXXI. celebrarunt Synodum Dreſdenſem, conſentientibus omnibus Superintendentibus Ducatus Saxonici, nec non Doctoribus Academiarum Lipſiæ & Wittenbergę, atque ibi ſtatuerunt Vbiquitatē corporis Chriſti eſſe horribilem prophanationem omnium articulorum Symboli, & renouationem omnium hæreſeon. At non fluxerunt anni decem, quando prodiit ex eadem Wittenberga, Lipſia, ceteriſque eius regionis locis noua Concordia; in qua tantopere damnata illa vbiquitas recipitur pro articulo fidei. Sic enim habet Concordia, edita anno 1580. in forma quarta, pagina 731. Reuera omnia implet & vbique non tantum vt Deus, verum etiam vt homo

Dreſdæ Vbiquitas damnata.

ANNVS 1585.

ANno 1585. Lætitia quidem vos afflutis, o lubiliarii, sed tanta interturbatione, melancholiaq, erat Osiander, vt eum Haidelbergenses miserati, Epistolam consolatoriam scribere aggressi sint. timent enim ne morbus inualescat, Summa acerbissimæ consolationenis est. Neve lint esse VBIQVE, qui enim VBIQVE sunt, nusquam sunt. *Recreet, inquiunt, igitur vos Antiochi regis Asiæ exēplum, qui priuatus parte regni, benigne sibi a populo Romano factum esse dixit, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis vteretur. Meminisse etiam ambiguam fuisse, & non solidam vestram in Palatinatu administrationem, quam iam Marbachius ille senex, iam eius assecla, iam aulici concionatores sibi vendicabant.*

Consolatio hu-bilia ipso vul-nere gra-uius erit.

Consolantur etiam exemplo aliarum mutationum. *Mutationes*, inquiunt, *in Ducatu Virtembergico quas tuor*

modatum agendum: vos rerum Domini, iam vestram agendam, iam eius particulas quasdam: iam articulos Concordiæ Lutheri, & Buceri: demum Pandoram vestram Bergensem, subscribendam, proposuistis: detrectantes remouetis, & exauctoratis. In Saxonia vt de Flaccianis olim explosis, & perse ingressam reductis nihil alicamme anno 70. Iacobe, formulam Concordiæ præscriptis quam clarissimus vir D. Hesshusius formulæ vestræ Bergensi non minus discrepare, publico & edito scripto asseuerauit, quam tenebris: ibidem anno 74. Articuli Torgæscripti, & nomine Confessionis editi sunt, in quibus vestra vbiquitas explodebatur: quod ita egre ferens, Iacobe, eo statim consolatus, ne quicquam esset, donec Vbiquitas, quæ tota fere Europa clarum redalit, in formulam vestræ Concordiæ irrepsisset, & canonizaretur. Quid, D. Iacobe quod sibi publice scripto, nimirum in Apologia anno 81. edita pag. 329. obiecerunt Anhaltini Theologi vivi adhuc sint, sexcitus autographos demonstrare possit, te ctidiui Pastoris ter iuam, de controuersijs capitibus fidem,

Concordiæ fabri ante alitet censere.

Torgauia contraria Bergis.

Torgæ vbiquitas explosa.

Octo dies ter Confessionem immutat.

diderint, ſolent enim animi leues, quamuis nondum debellatum ſit, temporario ſucceſſu efferri, parum memores in lubrico ſtare victoriam, quam vnius animulæ affect⁹, vel corpuſculi caſus euertere poteſt. Quantum enim ante paucos annos abfuit per diſſidia, ruina academiæ Heidelbergenſis? Quam nunc facile eſt Arminianum aliquem, vel occultum Socinianum ſurrepere, aulamque vertere? Flete in miſero ſtatu, timete in lubrico, nolite fidere in incerto, nondum periit Vorſtius.

Hæreſis cum inclinauit facile ruit.

ANNVS 1586.

ANNO 1586. ingentium denuo diſcordiarum ſeminaria dedit, Monomachia enim inter duos Papas, alterum Germaniæ Iacobum Andreæ: alterum Galliæ, Theodorum Bezam: quorundam ſimulationem ſuſtulit, qui falſo putabant conueniri inter partes poſſe. Multi enim Gallorum exiſtimabant de ſola cœna eſſe certamen inter Lutheranos, & Zvinglianos: in præcipuis conuenire, vt Baro Clerouantius

Nompelgartū parua arca magni certaminis atheiſmū promouit.

uantius proteſtatur. Hoc colloquium cum in Francorum manus veniret, admirabilem admirationem peperit, tot hæreſes ex orco reſuſcitatas cum in conſpectu, & tantum odium inter ſectas, tot verbis expreſſum contemplarentur; nihil inter hos cõuenire omnes augere diſſenſiones, hoc laborare, ne victi veritate exiſtimationis iacturam facerent, omnia enim experiri mauult perfidia, quam erraſſe videri. Quid eo Colloquio actum ſit libro de pace Germaniæ expoſui. Orta eſt, & firmata ex illo Colloquio, non vno in loco Hæreſis eorum, qui omnia ſuſque deque habent, quales olim anno 1556. plurimi erant Wittebergæ, etiam inter coryphæos, & magiſtros. *Vides*, inquit Georgius Fabricius Lutheranus ad Hieronymum wellerum conſulem Auguſtanum. *Vides quale ſæculum, quales homines, ſumpſerunt aliqui corpus, & ſanguinem Chriſti, annos ſupra triginta, & iam diſputant quid ſumpſerint? Et ſuas conſolationes, quas in agone habere debebant,*

Gloria cũ iactura veritatis quæritur.

Magna fiducia docent, de cuius veritate poſt annos 30. dubitant.

bant, abiiciunt, eludunt, & Sanguinem Dei conculcant.

Nunc quidem, vt in velabro olearii ex composito mutuas operas tradunt, Iubilæum concinunt, & Caluiniſtæ riſu docuere, cognoſcere ſe matrem, Lutheranam apoſtaſiam; at Pareus, qui hoc anno 1617. præſul eſt, & ampiruat, olim anno 1586. aliter locutus eſt, in Methodo controuerſiæ Vbiquitariæ. *Nihilo clementius Vbiquitaria factio nos tractat, quæ cum crudeliſſimo diſſidio tantum in nos odium exercet, vt non dicam Antichriſti Romani, & Ieſuitarum ſed ipſorum Conſtantinopolitanorum amicitiam citius, quam noſtram toleret, ambiatque: nec ſe illud aliter ſatiare poſſe oſtendit, quam ſi, quod ſolum adhuc reſtat, crudelitatis ſuæ miniſtros inueniat, qui ferro flammaque cauſam eius nobiſcum diſceptent.* Quid de Marbachio dicam? qui cum hoc anno nomine Acad. Heidelbergenſis famoſum libellū ſcripſiſſet, Heidelbergenſes apud Clagenfurtenſes falſi eum accuſant. Nunc eodē in curru triumphāt.

ANNVS 1587.

ANNO 1587. furiis contra Bezam, & ſocios, contraq; Lutheranos abſumptus eſt.

ANNVS 1588.

ANNO 1588. ardente adhuc bello Colonienſi, à Schenckio iterũ capta Bonna, continuata ſunt prœlia. Vlmę etiam ſynodus Lutheranorũ congregata eſt, omnia facta ſunt, ſed nihil ſalutare; ſua quiſq; negotia egit, non reipublicæ; Affectibus omnes, non religioni ſtuduerant. Diſcordias ex monumentis eorum publicis, tu lector diſce.

ANNVS 1589.

ANNO 1589. Nobilis illa diſputatio apud Marchionem Badenſem feliciſſimum habuit exitum, cũ acer ingenio, & maturus pudentia, perſpecta impoſtorum inſania, Deo mi-

miſericorditer adiuuante, in priſcam religionẽ animos retulit, ſubditosq; reduxit. Nihil opus eſt monere vlterius; acta, & vtrimque ſcripta extant, ex quibus conſtat, Iacobum Andreæ ſtatum controuerſiæ inter ſe & Catholicos neſciuiſſe, fraudes eorum omnibus patuiſſe.

Quia vero quamuis victi hęretici, & abiecti, fractique, nolunt cecidiſſe videri, Smidelinus ſuis perſuadere conatus eſt, victorem eſſe ſe, rem ſtrenue egiſſe; itaque hominem arrogantem hiſce literis monet Piſtorius, vt ſe ad modeſtiam reuocet.

Audio te, Doctor Andrea, pro conſuetudine tua, Thraſonice gloriari: omnes æquas à me reiectas eſſe conditiones. Impudens es, ſi dixiſti: immemor ruboris tui, ſi confirmas: κεκαυτηριασμένος ἰδιαυτυεί δησιν, ſi perges. Quid cogitas, cum ad acta? cum ad oculos curiæ? cum ad clariſſimam lucem totius vrbis? cum in receſſus Conſcientiæ tuæ? cum ad Tribunal Chriſti? cum ad factum iuramentum reſpicis? An igitur omnem exuiſti pudorem? & hanc

vim ad reliquas virtutes tuas, & multorum annorum exempla, acceſsionem eſſe maximæ impudentiæ? Quid dices, cum acta diei Mercurii extrema cogitas? Non igitur ſpero, tam immite bellum te indixiſſe veritati, vt ſordidare extremam ætatem adeo turpi mendacio conſtitueris. Ne, quæſo, ſi hactenus peccaſti, pecca iam ſenex, vicinus iudicio Chriſti. Acta ante oculos tuos, Principis Iacobi memoria, optimorum hominum teſtimonia, ipſe aër, & ipſi parietes, vbi iſta verba effudiſti, ante conſpectum tuum obuerſentur. Satis te in contemptionem proieciſti, ſatis affectam tuam ætatem dedecoraſti; & ipſe meminiſti, quod hic tibi accidit, in cæteris tuis audaciſſimis, iam obſcuratis miſsionibus & colloquiis non accidiſſe: vt te Dialecticũ & Doctũ eſſe negares; probares idiotam eſſe, & confidere in vna Germanica garrulitate. Chriſtus te vel conuertat, vel certe verecundum in mundo faciat, vel ſic premat, ne Eccleſiam Chriſti inaniloquentia tua aſpergas: ſed totum vomitum in ſupergeneralẽ Eccleſiã tuam infundas Amen. Noli aduerſus ſtimulum calcitrare:

Impudentia hæreſi neceſſaria.

trare: reuoca te, ante extremum vitæ tuæ diem, vel ad Christi Ecclesiam, vel certe ad Ethicam modestiam. Sic abi, instructus isto viatico: cætera expediemus in proximo congressu, quẽ Princeps cogitat, vel in literis, vel libris publicis, nisi parces verecũdiæ tuæ. Ne Christi nostri Saluatoris mandata, ne Ecclesiæ consuetudinẽ perpẽde, quæ ignoras: Ethica gentiliũ Philosophorum præcepta (exempla Germanorũ) consuetudinẽ patriæ nostræ, ista in animo tuo, & ante oculos pone, & satis esse puta, quod hactenus feciſti. Deus te illuminet, ſi illuminari potes: quod certe opto vt fiat, cum animæ tuæ commodo. Scripsissem citius, nisi boni viri, quos istis inanitatibus compleuisti, paulo serius significassent. Audio Principi optimo imponi contumeliam: quod si verum est, doleo rabiem vestram non posse criminationibus, quas impie in me iacitis, exsaturari: & moneo vos officii quod debetis: & flabellis vestris Principum animos disiungatis. Celeriter, Badenæ, Cal. Decemb. anno 1589.

Hæresis ne moraliter quidem modesta est.

Qualis fuit, ô Lutherani, Iacobi vestri, talis nunc quoque est vestra glo-

gloriatio. Mittite, quæso, hæc vana, & veſtras conſcientias conſulite, veſtras, inquam, conſcientias, & libros veſtrorum.

LIBRI SECTAR. ANNI 1580.

Antipappus.

TRes partes prioris Antipappi 1. commonitio. 2. Antiprœmium. 3. Anti Oſiander pro cæteris Eccleſiis & pro ſynodo Neapoli. in 4.

Antioſiander.

Lamberti Danæi Anti Oſiander ſiue Apologia Chriſtiana ſimul & neceſſaria, in qua Heluticæ Eccleſiæ, & quæ cum iis in Confeſione conſentiunt, tum etiam eorum de Cœna Domini ſententia defenditur aduerſus iniuſtam Lucæ Oſiandri condemnationem. Geneuæ in 8.

Neceſſaria reſponſio ad ſcriptum, quod inſcribitur: Pia & fidelis ad Gallicas, & Belgicas Eccleſias admonitio. Geneuæ in 8.

Antidanæus.

Stephani Gerlachii Anti Danæus ſiue reſponſio, qua Lamberti Danæi figmenta, & calumnia quos contra Anti Sturmiũ Oſiandri in cauſa ſacrę Cœnę Dominicę, & Maieſtatis Chriſti

sti hominis impotenter, euomuit, detegũtur, & confutantur. Tubingæ in 4.

Consolatio eorum, qui ob sanam doctrinam de Sacramentis, & præsertim de Cœna Domini hinc inde persecutionẽ patiuntur. Neostadii Germanice, hic liber genuit tres alios, inquit Hospinianus, pagina 368.

Respondit ad hunc libellum Lucas Osiander, & Nicolaus Camerinus: sed mox eorum calumniis oppositũ fuit aliud scriptum excusum hoc ipso 1580. Neostadii Germ.

Iohannes Marbachius Lutheranus contra Danielem Tossanum.

Ioachimi Giftheil cõmonefactio in materiam de Cœna Dom. Argentorat.

Wilhelmi Holderi admonitio de Theodori Bezæ &c. aduersus Iohannem Olearii explicatio quæstionis contra Pappum.

Heshusii concio germanica de personali & in æternũ inseparabili vnione duarum naturarum in Christo Islebii. Calumniæ morbus.

Ioan. Magiri Refutatio hiſtoriæ Auguſtanæ Confeſſionis ab Ambroſio Wolffio conſcriptæ. Tubingæ Germanice.

Nicolai Selnecceri Epiſtola, in qua reſponder Lamberti Danæi reſponſioni &c.

Danielis Toſſani defenſio ſanæ doctrinæ de Cœna aduerſus Ioh. Marbachium. Neoſtadii Germ.

Beza contra Pappum pro defenſione homiliarũ duarum de Cœna.

Pappus hunc librum confutat.

LIBRI SECTAR.
ANNI 1581.

THeodori Bezæ reſponſio pro corporis Chriſti veritate aduerſus vbiquitatis cõmentum, & Guilhelmi Holderi conuitia: addita eſt reſponſio aduerſus Iacobi Andreæ calumnias. Geneu. in 8.

Calumniæ.

Reſponſio altera ad Iacobi Andreæ calumnias. Geneu. in 4.

Epiſtola Apologetica cõtra Iacobũ Andreæ Neuſtadii. Geneu. in 4.

De

De Euchariſtica ambroſia contra Iohannem Pappum ibid. in 4.

Declaratio de emendatis exemplaribus Augustanæ Confessionis, &c. opposita Testamento Nicolai Selneceri, Bremæ Germ,

Commentarius in Confessionem

De impoſtura Chriſtophori Pezelii in citatis orthodoxorum Catholicę Eccleſię Patrum teſtimonijs commiſſa Tubingæ in 8. Impoſtura Pezelii.

Conqueſtio pia & ſeria ad Iudicem Chriſtum, ſuper controuerſia de cœna, Bremæ.

Ioannis Conradi chorus Orthodoxus teſtium &c. oppoſitus vbiquitariorum erroribus, Schaffhuſii Heluet.

Chriſtiana Concordia de omnibus cõtrouerſis articulis &c.

Defenſio orthodoxæ doctrinę, &c. corruptelis Gregorii Horworth oppoſita à Sebaſtiano Ambroſio &c. VVittebergenſes reprehenſi.

Admonitio de libello wittembergenſium quo Pierium de Caluiniſmo purgare conantur, Tubingæ.

Hunnii aſſertio doctrinæ de perſona & Maieſtate Chriſti, contra Pezelium, Francofurti.

Conradi Schluſſelburgii Theologiæ Caluiniſtarum libri tres, Francofurti. Theologia Caluiniſtarum.

Selnecceri repetitio doctrinæ de

cœna, cum confutatione, reponsionis Pezelii ad Caluinum rediuiuum, Islebii, Germ.

Declaratio contra Marium Zummam Heidelbergensem, quod non Lutherani, sed Caluiniani doctrinam de sacra Cœna corrrumpant, Tubingæ Germ.

Antitheses. Martini Froschemerii libellus, doctrinam Caluinistarum conuictã esse errorũ, oppositus libello Grundmanni Germ.

Responsionis Georgii Horwot pars prima ad Sebastiani Ambrosii antithesin &c.

ANNVS 1590.

ANNO 1590. sed quid ego externa illis profero, vt inane gaudium, quod cum acerbitate coniunctum est, interpellem. Vestra omnia videte. Dicite qui temere iubilatis de Euangelio toties mutato, tantumne ea, quæ ante pedes sunt, intuemini, quæ futura sunt, non prospicitis? Meministis illius temporis

Sperant Ariani quod amiserunt Lutherani.

poris, quo Pontifices vestri, & fratres Palatinatu pellebantur; illi ipsi qui paulo ante Caluinistas proscripserant. Alienamus mouent. Quis vester animus erat, cum anno 1589. ex Metropoli Caluiniana à Casimiro Professores, & Concionatores in Saxoniam Christiano primo, Electori vestro mitterentur, cum toties abominatus Luthero Caluinismus, præsidio principis validus, naturâ, & exercitatione callidus Saxoniam plenis velis inueheretur? Quid enim ad plenam mutationem defuit, nisi longior vita Christiani principis? Sed totam eam rem expendamus, quam multi adhuc meminisse possunt. Anni insequentes & luctus, & iubila exhibebunt. In acie victor inter spoliandum percutitur, & diuitem prædâ globus deijcit, alteri futuram prædam. Hic quoq; totus annus in armis, primores pugnant, stant cæteri in procinctu: libros vestrorum duobus his annis editos inspicite.

Tum vera est victoria, cum victor est extra pericula.

ANNVS 1591.

Lutherismus anno ætatis 74. hypercli macterico infirmatur

ANNO 1591. quasi nihil hactenus actum esset, & quasi Concordia Bergensis decennalibus suis interisset, VVittebergam ex omni Lutherismi angulo conueniunt ad synodum, vt in communem formam credendi consentirent; sed longe aliter cecidit. Vrbanum Pierium, scripto de Caluinismo infamarunt, sed alios alij incusarunt; nec litem illam Theologi, sed carceres, vt postea exitus docuit, deciderunt. Pridie exequiarum Cancellarius Electoralis Crellius in libera custodia esse iubetur. Anno 1588. Christianus Elector Caluiniani dogmatis antesignanos, cum Lutheranis, non curiositate aliqua commiserat, sed quod in nouam religionem, & Palatino probatam propenderet, ex eo tempore quantum potuit, sectam illam promouit, sed cum nobilitatem, & prouinciales obsistere non ignoraret,

Tyrannica consilia sunt superstitionis incensæ.

ret, rationemque quæreret, qua cogitata perficeret, dicitur à Crellio atrocia consilia accepisse; coniectus igitur ille in vincula, quem post dicemus, exitum habuit. Vrbanum Pierium, sed occultè, in carcerem deducunt, Gundermannus conscientia timidus sponte fugit; sed blanditijs reductus in vincula etiam ducitur. Fridericus Wilhelmus administrator Torgouiæ hæc à suis prouincialibus mandata accipit. Dolere se *immaturum Ducis Christiani obitum, viduitatem vxoris, & orbitatem sobolis: Se Administratori in omnibus fore obedientes, quæ ad Religionem, & politicam administrationem pertinent: optare se Administratori multos annos, & felicitatem in hoc suo munere: Cæterum orare, ne inconsuetis exactionibus & tributis prouincias oneret; sed iura & libertatem populi sartam tectam conseruet. Famosos Sacramentariorum libellos prohibeat; & in authores debitis supplicijs animaduertat. In futura visitatione diligentiam adhiberi iubeat, vt Caluinianorum latenti-*

Religio principis est regale inter inscios.

Iam Sacramentarij Epinicia canunt.

um

um ratio habeatur: ex Scholis, Ecclesiis, Magistratib. aliisq; publicis administrationibus eijciantur: Captiuos Theologos, periuros, & in subscriptionem Concordiæ, cui consenserant, perfidos, Creilij cõplices, nequaquam bona fide ad tempus (vt postularant) dimittendos, sed diligentius examinandos esse. Orant, vt iuuenioris Principis diligens habeatur ratio; Pædagogus illi detur vir doctus, pius, & Religioni patriæ deditus. Alius item nobilis quidam illi addatur, à quo mores & consuetudines aulicas, quæq; ad externam cõuersationem pertinent, paulatim discat. Plura hæc, aliaq; in illo conuentu acta sunt. Tandem Ordines accusationem aduersus Doctorem Creilium instituunt, eum multorum scelerum reum agunt. Eum cruentis & facinorosis consiliis suis patriæ suæ ad perpetuam ignominiam, damnumque irreparabile contra conscientiam suam præfuisse: Electorem ad mutationem Religionis, & politicæ administrationis, ad subsidia quoque in Gallias mittenda impulisse: eundem Electorem contra Cæsaream maiestatem, cæterosq; Electores, & principes, imperij insti-

Politia tẽporalis male dirigit æterna.

instigasse prouincias, & populum varijs periculis exposuisse: Schismata & discordias in Concilium Principis disseminasse, multos consiliarios suspectos, & exosos falso reddidisse: cum cæteris, qui suæ opinionis & Religionis erant, clandestina consilia communicasse: Pastores Lutheranos persecutum esse, Saxonia eiecisse, adeo vt multo tempore quibusdam in locis Ecclesiarum ministri non fuerint qui verbum Dei annunciarent, Sacramenta administrarent, infantes baptizarent: Biblia & Catechismum Lutheri adulterasse, reliquos libros Lutheri, eiusq; sectatorum prohibuisse, & perdidisse: Caluinianorum scripta eorum loco introduxisse: Augustanam confessionem anno post millesimum quingentesimum tricesimo in Comitijs Cæsari exhibitã, per Pierium & Gundermannium in dubium reuocasse.

Interim Gundermannus tædio carceris, palinodiam canit. Sed facile est eiurare perfidiam veram fidem complecti Dei munus est.

AN-

ANNVS 1592.

Seuerus imperator sui nominis omnes hostes, & hostium amicos è medio tollebat.

ANNO 1592. Steinbachius Caluinismum detestatur. Magno studio, sed maiore odio instituta est visitatio Saxonica, cuius principes fuere Selneccerus, & Leiserus; dein alij vicinorum exemplo edocti Saxones, vno omnes anno Caluinianos exstirpare conabantur, ne si inualuissent, solum vertere cogerentur Ministri Lutherani. Itaque certos articulos omnibus proposuerunt, quos qui improbarent, officiis & dignitatibus exuerentur. VVittenbergæ quatuor Doctores, duo Professores, duo iudices, duo senatores, Lipsiæ sex exautorati sunt: eaque censura Saxoniam peruadendo multos fecit intestabiles, qui deinde inopia, & vltionis cupidine accensi, concionibus, & scriptis in Doctores Lutheranos inuecti, doctrinam, & mores traduxerunt: quæ quia

ex

ex vero dicebantur, valde eos perculerunt. Sed querelæ erant penes exules, vis apud victores: incitatius itaque & durius agere censuram, omnes iterum Lipsienses suspectos examinare, & quos visum esset, loco mouere. Tantumque erat odium, vt si quis lentior videretur, ipsa modestia, & comitas in crimen traheretur. Consulem Lipsiensem sistere se iusserunt, quod libros in Caluinistas extra modum vel scurriles, vel maledicos vendi prohibuisset; ille, conuitia humanum modum supergressa in disputatione, vbi sanctitas, & veritas quæritur, probare se negauit. Seuere deinde interdictum Bibliopolis, ne libros Caluinistarum, præcipuè Bremensium, Neustadiensium, Herbornensium, Heidelbergensium, retinerent, inferrent, diuenderent. Sed cum in summo periculo, summoque odio Caluinistarum hoc agerent, ne nomen quidem Caluini supereresset; non tamen do-

De pessimo genere ne Catulus quidem relinquẽdus.

Olim libri Caluiniani exulabũt, nunc ipsi in eadem ara sacrificant.

domeſticorum certaminum obliti, ſine lite ætatem agebant; verum Daniel Hoſtmannus, Helmſtadianus Profeſſor, & Superattendens, & Baſilius Stalerus Brunſuicenſis principis concionator de monſtro vbiquitatis, portentoſas concienes habuerunt, quas Henricus dux, non è verbo Dei, ſed principali auctoritate preſſit. Inter Helmſtadianos tamen, & alios hodieque contentio illa tumet.

Externo hoſte ſublato, aut dilato, ciuilia certamina gliſcunt.

Quis ſtrages animarum, ingentia funera dicat?
Et conſanguinea bella cruenta manu?

ANNVS 1593.

Victores ſecuri domi, hoſtem foris perſequũtur.

ANnus 1593. ſi non hic annus fuit Iubilæus, at magna ſane veſtra ô Miniſtri Concordibergenſes, ô Semiflacciani, lętitia fuit. Cum enim poſt viſitationis tempeſtatem, tranquillo iam cœlo liberius Caluiniſtæ ſeſe exercerent, non tulêre Lutheraſ-

ni ad

niad minimos motus trepidi ; ſed nouum principi mandatum extorſerunt, ne conuenticula haberent, vt denuo qui non ſubſcripſerunt, ad hoc officium cogerentur ; deinde, vt Ioannes Georgius Anhaltinus moneatur, ne exules excipiat : ita etiam extra terminos ſuæ iuriſdictionis Saxoniam, Miſniamque, factionis odia ſeſe porrigebant. Cum pulſis itaque æmulis, purgataque patriâ, tutos ſe putarent, tum in pulpitis gratulationes, in templis cantica, in Triclinijs conuiuia celebrari, nec quicquam niſi annus ſæcularis abeſſe. Nec modo lætitia, ſed quæ hæreſi victrici ſemper adhæret, crudelitas ſuperabat. Lipſiæ cauponem ob diſputationem iocularem, & quales inter pocula Germani tractant, ad necem ſtudioſi adoleſcentes, etiam erectâ in fori medio furcâ quærebant, & ciues hortatores erant. Sed tamen ne gaudio emorerentur, alia incommoda tumores il-

Ipſas muſas hæreſis irritata crudeles facit.

los temperabant. Pierius Anglicæ Reginæ precibus donatus euasit. In vrbe Brunsuicensi duo Syndici Caluinismum tutela senatus spargebant.

Iohannes Maior toties laudatus, vir inter eos summæ dignitatis, furentium Collegarum iras fuga declinare cogitur ; sed retractus maiore infamiâ carceri senex mancipatur. Incendia Caluinistæ minantur, & Lipsiæ inchoant. In principem ipsum Zelotæ insurgunt, monent omnes, vt Caluinistas expellat: Magistratus dissimulatores incusant: Ministros ipsos, quod aliter, quam ante mensem concionarentur, perfidię arcessunt. Qui enim vehementi affectu in rem suam incumbunt, nulla principum largitate, aut conniuentia contenti sunt. Quicquid enim non extorquent, ereptum sibi arbitrantur ; quia animis & imaginatione fortissimâ possidebant. Cum plerique insaniunt magno odio, aut metu,

Nusquam tuta fides, vbi perfidiæ pugna est.

Impetus nihil moderabile admittit, sed sua fertur incitatione.

metu, proditor habetur, ſi quis moderationem ſuadet. Vulgus concitatum, nihil, niſi abruptum, probat, atque hac ratione plurimum ſibi obfuerunt. Nam dubij in alteram partem tranſierant, & poſtquam exſæuiſſet impetus, quiſque ſibi diſplicebat. Præſertim cum veritatis, & religionis cauſa non ageretur, ſed ſecuritati prædicantium conſuleretur.

Malâ cauſam præcipitatio cõficit, mora detegit.

Nihil in rebus, præſertim vbi affectus primatum tenet, difficilius eſt, quam modus, quem cum Miniſtri Saxones ſeruare non poſſent, imperio Adminiſtratoris in ordinem cogendi fuerunt. Primo omnes Superattendentes Dreſdam vocati; omnes enim illi Epiſcopi ab aulâ, vt poteſtatem, ita normam regendæ plebis accipiunt. Imperatum eſt, vt conuocatis ſynodis, mandent nomine principis concionatoribus, ne conuitientur, ne ſeditiones concitent, modeſtè verum

Superſtitioni neceſſariæ habenæ ſunt.

morabimus, discat exemplo. Obijt hoc mense Nouembri, Dresdæ Iacobus Lossius, Italus, Placentinus, qui viginti circiter annos continuos sub Augusto, & Christiano eius filio, Ducibus Saxoniæ aulicum egerat musicum, & fidicinem. Erat is dum viueret Caluinianæ addictus opinioni, & tam in vita, quam in hora mortis à Lutheranorum sacris sese abstinuit. Quare mortuum neque in Polyandrio, neque vsitatis cum ceremoniis sepelire Dresdenses voluerunt. Institit socer Magistratui, seu Ecclesiasticis supplex, vt locus illi in sepulcreto concederetur, vtque honeste, & Christianorum more conderetur. Caterum nil aliud impetrauit, quam in cœmiterio S. Bartholomæi, vbi malefici, seu homines flagitiosi, post publice datam pœnam solent sepeliri, & hunc Losium licere tumulari. Amicii itaque, & affines quatuor mercenarios conduxerunt. qui eum dicto loco sepelirent. Duodecimo itaq; Nouembris, hora quinta pomeridiana, paulo ante, quam portæ vrbis claus

Aulæ facile adrepunt, qui regno pelluntur.

Maleficorum sepultura Caluinistam dignantur prædicantes.

derentur, funus absque vllo cantu, aut æramentorum sonitu, cum summo silentio efferunt. Cum autem extra portam ventum esset, occurrunt aliquot lanionum, & fabrorum ministri, aliique homines suburbani, fortè ad hoc destinati, qui lapides in vespillones certatim iacere cæperunt: nec destiterunt, priusquam illi relicto funere, seu cadauere, sese in fugam conijcerent. Alij cum impetu accurrentes, sandapilam & capulum comminuerunt, ipsumque cadauer immaniter tractarunt, huc illuc pedibus capillisque tractum iectis lapidibus sauciarunt, & allectis canibus laniandum obiecerunt. Dum ita in mortuum hominem insaniunt, Rustici quidam Strelenses, qui vicino in pago nuptias celebrarant, forte fortuna isthac iter faciunt, domum ad suos reuersuri. Qui videntes hanc tragœdiam accurrunt, tympanumque suum pulsantes nouæ pugnæ signum dederunt, animosque, & vires iam fessis addiderunt. Hic iterum in cadauer insiliunt, lapidibus cooperiunt, iecto pedibus laqueo ad

Indignum etiam maleficorum humatione iudicat Lutherani.

Sæuire iudicrum hæreticis videtur.

pra-

præterfluentis Albis ripam protraxerunt, in fluuium præcipitare volentes. Id ne fieret quidam paulo cæteris humanior impediuit. Hoc modo à quinta hora ad octauam in miserum hominem debacchati sunt, defessique tandem recesserunt. Quod cum intellexissent vespillones, reuersi ad cadauer sanguine & cerebro aspersum ac puluere cœnoque fœdatum vna cum capulo corraserunt, atq; in polyandrio Sancti Bartholomæi sepelierunt.

Lacrymari necesse est rabiem pio suo errore sæuientem, ita enim nec morte finitur: vltra lacerationes, & tractus, superstitio supplicium inuenit. Videte Caluinistæ, quibuscam iubiletis; videte, quorum felicitati vestra pulpita aggratulentur, illorum,

Quorum, mors vestra haud sufficit iræ,
Dilacerant artus, & membra per auia raptant.

Nec interim stylus cruentus feriatur. Editus Ienæ liber Ioannis Wigandi, de Vbiquitate, Erotemata

Mamphraſij, diſputatio Witteber-
gæ contra Caluiniſtas. Nec ſuorum
In acie ſtant, & ſtylo acrius, quam miles gladio, depugnant. cauſam deſeruit Piſcator, nam con-
tra Heizonem tropos ſuos aſſerit.
Quin & Ægydius Saxonicam viſi-
tationem contra Caluiniſtas defen-
dit. Refutationem enim ſcripſit
Caluiniſtici libelli, quo viſitatio
illa exagitata fuit. Georgius An-
tonius etiam inſignem librum edi-
dit, cuius titulus eſt. **Die Heidel-
bergiſche Caluiniſterey / etc. in welcher
Gründtlicher Bericht / von jhrem Le-
ben / Wandel / vnnd Sitten / in Poli-
tiſchen Händeln.** Caluiniſmus Hei-
delbergenſis, &c. in quo pleniſſima
perfectiſſimaque inſtructio, de vi-
ta, moribus, conuerſatione eorum
in politicis negotijs. Si magna diſ-
ſidia videre optas, proteſtationem
Samuelis Huberi, & editam hoc
anno Contraproteſtationem ciui-
tatis Bernenſis inſpice, & quos hic
ſubiunxi libros.

**Ordentlicher / vnnd Gründtlicher
Gegenbericht auff den Vngegründ-
ten**

gründten Bericht von Caluinischer / vnd Zwinglischer Lehr D. Iacobi Häilbrunners / den er Anno 90. durch den Truck außgesprengt ꝛc. Durch Marcum Beumlerum Tigurinum zu Zürich Bey Johans Wolffen. in 8.

Ordinata, & bene fundata contra-Remonstratio aduersus Remonstrationem sine fundamento de Caluinistica, & Zvingliana doctrina D. Iacobi Heilbrunneri, quam Anno 90. Typis excudit Marcus Beumlerus Tiguri apud Ioannem Wolffium in 8.

Instructio contra instructiones.

Gründtliche Widerlegung der Vnwarhafften / vnnd Vnbestendigten antwort / Welche ein Studiosus der Caluinischen Theologicę in Collegio Sapientiæ zu Heidelberg Jüngst verschenenen Jahrs Wider M. Iohannē Magirum Probst zu Stutgartē offentlich außgesprengt / Darinnen die Reine Lehr von der Person Christi / von der H. Tauff / von des Herrn Nachtmall vertheidingt / vnd deß Sapientisten vielfältige Sophisterey vnd Crimina falsi entdeckt werden / Durch M. Iohannem

Magir. Probſt zu Stutgarten / Georg Gruppenbach in 4.

Refutatio è fundamentis falſæ & inconſtantis Reſponſionis, quam ſtudioſus quidam Theologiæ Caluiniſticæ Collegii ſapientiæ Heidelbergæ anno recens elapſo contra M. Iohannem Magirum Præpoſitum Stugardienſem publice ſparſit, qua doctrina pura de perſona Chriſti ſacro Baptiſmo, Cœna Domini defenditur, & multiplex Sapiẽtiſtæ Sophiſticatio, item Crimina falſi detegũtur ab eodem M. Iohanne Magiro Prępoſito Stutgardienſe apud Georgium Gruppenbach in 4.

Sapientiſtarum.

Baptiſmata.

Kurtze/ vnd entliche antwort D. Marci zum Lamb/ zu Heidelberg auff Iohannis Magiri Probſten zu Stutgarten/ Danielis Schadæi zu Franckfort/ vnd Wilhelm Holderſt Pfarherr zu gemelten Stutgarten in nechſten Faſten Meß abermal wider jhre ꝛc. Calumnien. zu Heidelberg bey Abraham Smeiſman in verlegung Joſuæ Harniſch in 4.

Breuis & finalis reſponſio Domini Marci zum Lamb Heidelbergę ad Iohan-

Gemmen, Edelgesteine, Perlen, Corallen, Bernstein, Schwämme, Schnecken, Muscheln, Schildkröten, Elfenbein, Horn, Haar, Federn, Wachs, Honig, Seide, Wolle, Baumwolle, Leder, Pergament, Papier, Tinten, Farben, Firnissen, Leim, Kitt, Wasser, Salz, Laugen, Oehlen, Fetten, Talg, Schmeer, Butter, Käse, Milch, Eyern, Fleisch, Fischen, Vögeln, Wildpret, Thieren, Insecten, Würmern, Gewächsen, Kräutern, Früchten, Getraide, Mehl, Brod, Zucker, Gewürzen, Spezereyen, Arzneymitteln, Gummi, Harzen, Balsamen, Gummiwasser, Spiritus, Oehlen, Salben, Pflastern, Zucker, Confituren, Latwergen, Syrupen, Tränken, Pulvern, Pillen, Zeltlein, Species, Electuarien, Trochisken, Extracten, Tinkturen, Essenzen, Salzen, Laugensalzen, Vitriolen, Alaunen, Salpeter, Schwefel, Arsenik, Spießglas, Quecksilber, Zinnober, Mennig, Bleyweiß, Grünspan, Kupferwasser, Kupfervitriol, Eisenvitriol, Bleyzucker, Bleyessig, Bleyessigwasser, Bleyessigsalbe, Bleypflaster, Kampfer, Moschus, Zibeth, Ambra, Castoreum, Bisam, Galläpfeln, Vitriolgallen, Tinte, Schreibfedern, Tinte, Schreibfedern, Tinte, Schreibfedern

domesticorum certaminum obliti, sine lite ætatem agebant; verum Daniel Hostmannus, Helmstadianus Professor, & Superattendens, & Basilius Stalerus Brunsuicensis principis concionator de monstro vbiquitatis, portentosas conciones habuerunt, quas Henricus dux, non è verbo Dei, sed principali auctoritate pressit. Inter Helmstadianos tamen, & alios hodieque contentio illa tumet.

Externo hoste sublato, aut dilato, ciuilia certamina gliscunt.

Quis strages animarum, ingentia funera dicat?
Et consanguinea bella cruenta manu?

ANNVS 1593.

Victores securi domi, hostem foris persequũtur.

ANnus 1593. si non hic annus fuit Iubilæus, at magna sane vestra ô Ministri Concordibergenses, ô Semiflacciani, lętitia fuit. Cum enim post visitationis tempestatem, tranquillo iam cœlo liberius Caluinistæ sese exercerent, non tulêre Lutheranias ad

niad minimos motus trepidi ; ſed nouum principi mandatum extorſerunt, ne conuenticula haberent, vt denuo qui non ſubſcripſerunt, ad hoc officium cogerentur ; deinde, vt Ioannes Georgius Anhaltinus moneatur, ne exules excipiat : ita etiam extra terminos ſuæ iuriſdictionis Saxoniam, Miſniamque, factionis odia ſeſe porrigebant. Cum pulſis itaque æmulis, purgataque patriâ, tutos ſe putarent, tum in pulpitis gratulationes, in templis cantica, in Triclinijs conuiuia celebrari, nec quicquam niſi annus ſæcularis abeſſe. Nec modo lætitia, ſed quæ hæreſi victrici ſemper adhæret, crudelitas ſuperabat. Lipſiæ cauponem ob diſputationem iocularem, & quales inter pocula Germani tractant, ad necem ſtudioſi adoleſcentes, etiam erectâ in fori medio furcâ quærebant, & ciues hortatores erant. Sed tamen ne gaudio emorerentur, alia incommoda tumores il-

Ipſas muſas hæreſis irritata crudeles facit.

los temperabant. Pierius Anglicæ Reginæ precibus donatus euasit. In vrbe Brunsuicensi duo Syndici Caluinismum tutela senatus spargebant.

Iohannes Maior toties laudatus, vir inter eos summæ dignitatis, furentium Collegarum iras fuga declinare cogitur ; sed retractus maiore infamiâ carceri senex manci-

Nusquam tuta fides, vbi perfidiæ pugna est.

patur. Incendia Caluinistæ minantur, & Lipsiæ inchoant. In principem ipsum Zelotæ insurgunt, monent omnes, vt Caluinistas expellat: Magistratus dissimulatores incusant: Ministros ipsos, quod aliter, quam ante mensem concionarentur, perfidię arcessunt. Qui enim vehementi affectu in rem suam incumbunt, nulla principum largitate, aut conniuentia contenti sunt. Quicquid enim non ex-

Impetus nihil moderabile admittit, sed sua fertur incitatione.

torquent, ereptum sibi arbitrantur ; quia animis & imaginatione fortissimâ possidebant. Cum plerique insaniunt magno odio, aut metu,

metu, proditor habetur, ſi quis moderationem ſuadet. Vulgus concitatum, nihil, niſi abruptum, probat, atque hac ratione plurimum ſibi obfuerunt. Nam dubij in alteram partem tranſierant, & poſtquam exſæuiſſet impetus, quiſque ſibi diſplicebat. Præſertim cum veritatis, & religionis cauſa non ageretur, ſed ſecuritati prædicantium conſuleretur.

Malâ cauſam præcipitatio cõficit, mora detegit.

Nihil in rebus, præſertim vbi affectus primatum tenet, difficilius eſt, quam modus, quem cum Miniſtri Saxones ſeruare non poſſent, imperio Adminiſtratoris in ordinem cogendi fuerunt. Primo omnes Superattendentes Dreſdam vocati; omnes enim illi Epiſcopi ab aulâ, vt poteſtatem, ita normam regendæ plebis accipiunt. Imperatum eſt, vt conuocatis ſynodis, mandent nomine principis concionatoribus, ne conuitientur, ne ſeditiones concitent, modeſtè verum

Superſtitioni neceſſariæ habenæ ſunt.

morabimus, discat exemplo. Obijt hoc mense Nouembri, Dresdæ Iacobus Lossius, Italus, Placentinus, qui viginti circiter annos continuos sub Augusto, & Christiano eius filio, Ducibus Saxoniæ aulicum egerat musicum, & fidicinem. Erat is dum viueret Caluiniianæ addictus opinioni, & tam in vita, quam in hora mortis à Lutheranorum sacris sese abstinuit. Quare mortuum neque in Polyandrio, neque vsitatis cum ceremoniis sepelire Dresdenses voluerunt. Institit socer Magistratui, seu Ecclesiasticis supplex, vt locus illi in sepulcreto concederetur, vtque honeste, & Christianorum more conderetur. Caterum nil aliud impetrauit, quam in cœmiterio S. Bartholomæi, vbi malefici, seu homines flagitiosi, post publice datam pœnam solent sepeliri, & hunc Losium licere tumulari. Amiciitaque, & affines quatuor mercenarios conduxerunt. qui eum dicto loco sepelirent. Duodecimo itaq; Nouembris, hora quinta pomeridiana, paulo ante, quam portæ vrbis claus-

Aulæ facile adrepunt, qui regno pelluntur.

Malefico-rum sepultura Caluiniſtam dignantur prædicantes.

derentur, funus absque vllo cantu, aut æramentorum sonitu, cum summo silentio efferunt. Cum autem extra portam ventum esset, occurrunt aliquot lanionum, & fabrorum ministri, aliique homines suburbani, fortè ad hoc destinati, qui lapides in vespillones certatim iacere cœperunt: nec destiterunt, priusquam illi relicto funere, seu cadauere, sese in fugam conijcerent. Alij cum impetu accurrentes, sandapilam & capulum comminuerunt, ipsumque cadauer immaniter tractarunt, huc illuc pedibus capillisque tractum iniectis lapidibus sauciarunt, & allectis canibus laniandum obiecerunt. Dum ita in mortuum hominem insaniunt, Rustici quidam Strelenses, qui vicino in pago nuptias celebrarant, forte fortuna isthac iter faciunt, domum ad suos reuersuri. Qui videntes hanc tragœdiam accurrunt, tympanumque suum pulsantes nouæ pugnæ signum dederunt, animosque, & vires iam fessis addiderunt. Hic iterum in cadauer insiliunt, lapidibus cooperiunt, iniecto pedibus laqueo ad

Indignum etiam maleficorum humatione iudicat Lutherani.

Sæuire iudicrum hæreticis videtur.

pra-

præterfluentis Albis ripam protraxerunt, in fluuium præcipitare volentes. Id ne fieret quidam paulo cæteris humanior impediuit. Hoc modo à quinta hora ad octauam in miserum hominem debacchati sunt, defessique tandem recesserunt. Quod cum intellexissent vespillones, reuersi ad cadauer sanguine & cerebro aspersum ac puluere cœnoque fœdatum vna cum capulo corraserunt, atq; in polyandrio Sancti Bartholomæi sepelierunt.

Lacrymari necesse est rabiem pio suo errore sæuientem, ita enim nec morte finitur: vltra lacerationes, & tractus, superstitio supplicium inuenit. Videte Caluinistæ, quibuscam iubiletis; videte, quorum felicitati vestra pulpita aggratulentur, illorum;

Quorum, mors vestra haud sufficit iræ,
Dilacerant artus, & membra per auia raptant.

Nec interim stylus cruentus feriatur. Editus Ienæ liber Ioannis Wigandi, de Vbiquitate, Erotemata

Mamphraſij, diſputatio Wittebergæ contra Caluiniſtas. Nec ſuorum cauſam deſeruit Piſcator, nam contra Heizonem tropos ſuos aſſerit. Quin & Ægydius Saxonicam viſitationem contra Caluiniſtas defendit. Refutationem enim ſcripſit Caluiniſtici libelli, quo viſitatio illa exagitata fuit. Georgius Antonius etiam inſignem librum edidit, cuius titulus eſt. **Die Heidelbergiſche Caluiniſterey / etc. in welcher Gründtlicher Bericht / von jhrem Leben / Wandel / vnnd Sitten / in Politiſchen Händeln.** Caluiniſmus Heidelbergenſis, &c. in quo pleniſſima perfectiſſimaque inſtructio, de vita, moribus, conuerſatione eorum in politicis negotijs. Si magna diſſidia videre optas, proteſtationem Samuelis Huberi, & editam hoc anno Contraproteſtationem ciuitatis Bernenſis inſpice, & quos hic ſubiunxi libros.

In acie ſtant, & ſtylo acrius, quam miles gladio, depugnant.

Ordentlicher / vnnd Gründtlicher Gegenbericht auff den Vngegründ-

ten

Zeugnuß der Heiligen Schrifft/ vor Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ Act. 10. 41. Und Paulus Act. 13. 31. Er ist gesehen worden viel Tage/ von denen/ die mit ihm hinauf gegangen sind aus Galilea gen Jerusalem/ welche nun seine Zeugen sind an das Volck. Und Petrus 1. Epist. 1. 3. Gelobet sey Gott und der Vater unsers HErrn Jesu Christi/ der uns nach seiner grossen Barmhertzigkeit wiedergebohren hat zu einer lebendigen Hoffnung durch die Auferstehung Jesu Christi von den Todten/ zu einem unvergänglichen/ unbefleckten/ und unverwelklichen Erbe/ das behalten wird im Himmel/ euch/ die ihr aus Gottes Macht durch den Glauben bewahret werdet zur Seligkeit/ die bereit ist/ daß sie offenbahret werde zu der letzten Zeit. Und Johannes 1. Epist. 1. 1. Was von Anfang gewesen ist/ das wir gehöret haben/ das wir gesehen haben mit unsern Augen/ das wir beschauet haben/ und unsere Hände betastet haben/ vom Wort des Lebens/ und das Leben ist erschienen/ und wir haben gesehen/ und zeugen/ und verkündigen euch das Leben/ das ewige/ welches war bey dem Vater/ und ist uns erschienen. Und Johannes 1. Epist. 5. 6. Das ist der da kommen ist durch Wasser und Blut/ Jesus Christus/ nicht durch Wasser allein/ sondern durch Wasser und Blut. Und der Geist ist/ der da zeuget/ daß Geist Wahrheit ist. Denn drey sind/ die da zeugen im Himmel/ der Vater/ das Wort/ und der Heilige Geist/ und diese drey sind eins. Und drey sind/ die da zeugen auf Erden/ der Geist/ das Wasser/ und das Blut/ und diese drey sind beysammen. Wo nun dieses Zeugnuß der Heiligen Schrifft/ vor Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ nicht gelten soll/ wo soll denn ein Zeugnuß gelten? Wo soll denn ein Zeugnuß gelten/ wenn Gott selber zeuget? Wo soll denn ein Zeugnuß gelten/ wenn Gott selber zeuget/ und seine Zeugen/ die er erwehlet hat/ zeugen? Wo soll denn ein Zeugnuß gelten/ wenn Gott selber zeuget/ und seine Zeugen/ die er erwehlet hat/ zeugen/ und die Heilige Schrifft zeuget? Wo soll denn ein Zeugnuß gelten/ wenn Gott selber zeuget/ und seine Zeugen/ die er erwehlet hat/ zeugen/ und die Heilige Schrifft zeuget/ und die Heilige Schrifft/ vor Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ zeuget? Wo soll denn ein Zeugnuß gelten/ wenn Gott selber zeuget/ und seine Zeugen/ die er erwehlet hat/ zeugen/ und die Heilige Schrifft zeuget/ und die Heilige Schrifft/ vor Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ zeuget/ und die Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ zeugen? Wo soll denn ein Zeugnuß gelten/ wenn Gott selber zeuget/ und seine Zeugen/ die er erwehlet hat/ zeugen/ und die Heilige Schrifft zeuget/ und die Heilige Schrifft/ vor Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ zeuget/ und die Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ zeugen/ und die Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ zeugen? Wo soll denn ein Zeugnuß gelten/ wenn Gott selber zeuget/ und seine Zeugen/ die er erwehlet hat/ zeugen/ und die Heilige Schrifft zeuget/ und die Heilige Schrifft/ vor Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ zeuget/ und die Zeugen/ die Gott erwehlet hat/ zeugen

Iohannis Magiri Prępoſiti Stutgardienſis, Danielis Schadæi Francofurti, & Wilhelmi Holderſt Parochi dictæ Stutgardiæ à proxime lapſis Nundinis vernalibus, &c. excuſas calumnias. Heidelbergæ Apud Abrahamum Smeiſman ſumptibus Ioſuæ Harniſch.

Demonſtratio fallaciarum Ioannis Caluini in doctrina de Cœna Domini quib. vſus eſt in libro Inſtitutionis Chriſtianæ Wittenbergæ in 4.

Caluinus Iudaizans.

Ægidii Hunnii Caluinus Iudaizãs hoc eſt, Iudaicæ gloſſę & corruptelæ, quib. Ioãnes Caluinus illuſtr. ſcripturę ſacræ loca, & teſtimonia de glorioſa Trinitate, Deitate Chriſti & Spiritꝰ Sancti, cũ primis autẽ vaticinia Prophetarũ de aduentu Meſſiæ, Natiuitate, eius paſſione, Reſurrectione, Aſcenſione ad Gœlos, & ſeſſione ad dexteram Dei, deteſtandum in modum corrumpere non abhorruit. Wittembergæ in 4.

Roſtochiꝰ norum & VVittembergenſiũ diſputatio.

Colloquium Saxonicorum Theologorum cũ Pierio. Diſputatio Wittembergenſium quorundam contra valentini Schackzii Profeſſoris Roſtochiẽſis declarationẽ &c. Theo-

Confessio Saxonicarum Ecclesiarum de Cœna Domini, ad Caluini librum ipsis dedicatum, Francofurti ad Oderam. Historia certaminis Sacramentarii &c. à Theodosio Fabritio Magdeburgi Germ.

Confesso Saxonicũ Ecclesierũ.

Disputatio de persona Christi sub præsidio Georgii Milii.

Ioan. Wigandus de Vbiquitate, &c. Ienæ.

Ægidii Hunnii disputatio prima de Aug. Confessione, Wittenbergæ.

Cogitatione obire annos illos lubet, quib. primo clandestinis colloquiis, ac disputationibus Concordię librum alii euerterunt, deinde nacti Principem suæ sententiæ, etiam palã oppugnarũt, tot ex primis professoribus video contra sentientes, cæteros discordes, ciuiles tumultus, nec nisi potentia ciuili restitutam speciem Lutherismi, à quo Anhaltini, Hassi, cæteri, dissentiebant. Illi, qui nunc rerum in templo, Academiis, aulaq; potiũtur, calamitates suas meminisse possunt, nec præteritorũ periculorũ debet esse grata, sed ad-

Tristis pugna religionis est, quia in ea cadunt, animæ, in prælio corpora.

non cedere; atq; adeo hoc, cũ maxime dubitant, ingeminare, certissimos sese esse. Ad tres Academias appellatur, & causa cadit Huberus, à munere docẽdi amouetur iussu Principis, sed vnã conciunculã vi, velut gladiatoriã cœnã, præripiens, in aduersarios suos inuectus, omnes Sacramentarios nominauit, neq; n. inter se concordes illi erant; audaciam tamen carcere luit temporario, nõ tamen minis vllis obtineri potuit à captiuo, vt se contra Saxonas polliceretur non scripturũ; quod illi præcipue metuebãt. Et fecit Huberus, nã Brunsuici, Lunæburgi, Hamburgi, Lubecę, Rostochii humaniter exceptus est, auxilioque adiutus, Rostochianis enim gratissimus fuit, quibusdam in doctrina consensit, sed hoc anno 1595. contigit. Frustra autem è Saxonia fulmina, & accusationes ad illas Ecclesias contra Huberum mittebantur, quod scirent homines eos esse sui impotentes, & religionis ignaros. Iam olim Lunæburgum, Hamburgũ, Lubeça, cum

Mens immota manet, non carcere territa cedit.

aduersus Samuelem Huberum instituit Tubingæ in 8.

Balthasaris Menceri Altentorphensis Elenchus errorum Antonii Sadelis in libello de Sacramentali manducatione Carnis Christi. Wittenbergæ in 8. Elenchus errorum Sadelis.

Hectronis Buscheri exercitationum Theologicarum & logicarum responsioni Iohannis Piscatoris oppositarum pars 1. de Doctrina Troporum vsitata de verbis Cœnæ proprie, non Tropice intelligendis, de præsentia corporis Christi in Cœna ex verbis illis demonstranda pars altera, de Prædicationibus inusitatis, & Pædo Baptismo. Lemgouiæ in 8.

Ioannes Schroderus de Nestorianismo & Eutychismo contra Iosephum Bremensem, Wittembergæ.

Elenchus alter errorum Antonii Sadelis, Authore Baltazare Mentzero, Wittembergæ. Secundus Elenchus errorum Sadelis.

Synopsis variorum huius temporis errorum de Eucharistia Philippi Hailbruneri, Lauingæ.

Buscheri exercitationum Teolo-

prodibant, feneſtras lapidabant, ciuiũ ædes oppugnabãt, diſcipliuæ, & timoris exortes: cõniuentibus inter mutua diſſidia rectoribus, nec ſi auctoritatem inrerponerent, obtemperantibus ſtudioſis, quod ipſi iam in Academiis didiciſſent, legem Dei non poſſe ſeruari, idque ciuibus incolisq; non diſputando magis, quam viuendo probare cuperent.

Nec quicquam ibi vili tunc erat, niſi mores mali.

Sementis illa talem meſſem dedit.

De Academiis alterum etiam poſtulatum fuit, ne Lipſię, & Witteberga vllæ in rebus Theologicis nõ neceſſariæ diſputationes inſtituerentur, ne noua diſſidiis anſa daretur. O miſeri tam parum Epiſcopis, & Doctoribus fiditis, vt timore diſcordiarum diſputationes eorũ liberas conſtringatis? Tantus erat amor Lutheriſmi; Nam ſi identidem mutarent, rerum ſe, & libertatis damna adire videbant, & inter mala hoc ſe boni optare plerique ducebant, vt conſtanter errarent, hoc enim habere ſpeciem fidelitatis, crebras mutationes etiam indoctis ludribrio eſſe.

Præſtat tacere, quam diſputatione controuerſias accendere.

ſes ad reſtituenda Eccleſiarum bona, q̃ nullo iure poſſidebant, impelleret.

Hoc item anno Vnna vidiſſe ſpectrum, quo Caluiniſmi fœditas expreſſa, atq; apud ciues infamata, fuit, refert libr. 16. hiſt. Ianſonius, Neque minus Hardeniana cauſa quid nomine ſpecioſo indicaretur demonſtrauit. Interim Hugenottos in Francia haud exigua mœſtitia confecit, Legatus Pontificis à rege honorifice, amanterque ſuſceceptus. Et noſtræ Societatis fidelis induſtria Hollandiam permouit, vt facultatem ſubditis adimerent, ne Gymnaſia noſtra obirent. Inuentum hoc fuit, Rigidorum Caluinianorum, qui Summo Magiſtratui edicta illa importunitate extorſerunt, Cum enim intelligerent horribiles ſuas, & blaſphemas ſententias non à nobis modo, ſed intra ipſam Hollandiam, in Academia Lugdunenſi refutari vehementer efferati, bilem, quam in collegas euomere non poterant, in nos, vt pote odiis opportunos effuderunt. Sed

Interdum contumacibus aliquando errantibus immittuntur ſpecta, pro ſalubri timore conſtringant.

Dum nequeunt hoſti, cuilibet nocent.

Digitized by Google

Warheit / vñ allein Seligmachendē Evangelij / mit grausamen vnabläßigen sturmwinden außzulassen vnd zutilgen aller ding gemeynet vnd entschlossen ist) ebē diesen Teuffel vñ seinen archlistigen anhang zu trutz / die reine Lehr Christlicher Religion / noch hin vñ wider in vnserē lieben Vatterlandt / dē Heyligen Römischen Reich / biß daher aller Gnädigst beschirmet / vñ bewaret vñ sind alle trewe Gottselige Seelen Hirten jhres tragenden Ampts vnd gewissens halben / jeder zeit der Nothleidenden Warheit / wider die Vnsinnige schwarmgeyster mit offenbahrer zeugniß / vnd freydiger bekandtniß d' warheit bey zufallen schuldig / wofern sie nit fur den Richter Stul Christi / als gewesene Miedlinge / stumme hunde / vnd verschlaffene wächter / daß schreckliche end vrtheil zum Tod vñ ewigen hellischē fewr vber sich wollē ergehn lassen. Quis teneat lacrymas, ecce duæ partes, duę potentissimę factiones, quæ à nobis dicessionē fecerūt, se mutuo incusant, nō de leuibus erratis, quæ infirmitas humana nunq̃ satis excutere potest, sed de summa

Caluinistę in mari Lutherani turbines.

Franciæ Rex, legatione Romam missa, omnia optimi, & obedientissimi filij officia Pontifici defert; sunt enim hæc verba oratoris, & non ficta protestatio: Tantum dicimus tuis regem diplomatis, & Sanctissimis Legati monitis, promptissimè & lubentissimè satisfeciſſe, satisq; esse facturum omnibus. Ille legatus Franciæ tum Iubilæum agit. *O regi felicissimum, fortunatissimumq; diem! Diem Galliæ optatissimum! Diem lætissimum Italiæ! Diem orbi Christiano fàustissimum! Diem Sanctitati Tuæ glorioſissimum! Diem, vel ipsis Angelis celebratissimum! cum præsente infinita hominum multitudine, spectante & applaudente cũ nobilitate; Clero, & amplissimo Cardinalium consilio comprobante & collaudante, Errico quarto, Franciæ, & Nauarræ Regi, hæreditarius Christianissimi titulus, summa voluntate tua, conceſſus est! Nam qua res unquam prô Deus immortalis! non solum Romæ, verum etiam in terris omnibus est gesta maior? quæ glorioſior? quæ commendatior hominum memoriæ sempiternæ? Illo tu die, Pater*

Vera gaudia pœnitentium.

ANNVS 1599.

ANNO 1599. Stiria cæteræque regiones intellectis erroribus magno animo, & constanti hactenus perseuerantia ad religionem veterem redierunt. Neque in hodiernum diem impostoras prædicantium odisse, pristinosq; errores lugere desinunt. Sed hoc minus afficit vel dolore, vel ignominia Saxones. Non enim erant illi Concordistæ, sed nec gnari dissensionum Wittebergensium; tantum Confessionem Augustanam sequi se suspicabantur.

Conuertimini ad me sicut in profundū recesseratis filii Israel.

Turbauerant regiones illas tum alij, tum Marbachius recens Heidelberga exul, quem Heidelbergenses scripto libro, etiam politicè infamem, & intestabilem probauerunt. Rationes viginti tam insignis conuersionis Cleophas Distelmaier, proposuit, & defendit; nunc illi principem tanti boni auctorem in oculis ferunt. Imitamini ô Germani Tauriscos; vos enim non modo aberrastis, sed

rũ ſtrages cernite. Libelli Caluiniani, cui titulus: (Hiſtoricꝰ tractatus de ſententia Philippi Melanchtonis in articulo de Cœna Dominica, per C. Peucerum Med. editus) refutatio ex ſacris literis, & veris hiſtorijs, vna cum Apologia I. Herbrandi contra Peucerianos concinnata, per facultatem Theologiçam VVittembergenſem in 4.

Analyſis quæſtionum quarundam Theologophyſicarum de localitate, illocalitate & omnipræſentia Corporis Chriſti, theſibus comprehenſa, & oppoſita contemplationi Phyſicę M. Barthol. & Keckermanni Philoſophi Heidelbergenſis, per Magiſtrum Albertum Grallerium Wittembergenſem in 8.

Catalogi hæreticorum liber XII. De Anabaptiſtarũ impietate. Francofurti.

Catalogi hęreticorum liber XIII. & vltimus contra Adiaphoriſtiarum, & Interimiſtarum colluſionẽ. Francofurti in 8.

Letzte Antwort auff D. Samuel Hubers

cero Medico è verbo Dei, historiarumque testimonijs composita per Theologicam Facultatem. Wittenbergæ in 4.

Hundert Vnwarheiten / welche die Caluinischen an heyliger Schrifft der heyligen Vätter Schrifften / vnnd der Augspurgischen Confession begehen / colligirt auß der Apologia Concordienbuchs / durch M. Matthæum Fabrum **Pfarrherren zu Rockenitz. Wittemberg in** 8.

Mendacia centum, quæ Caluiniani circa sacram scripturam, S. S. Patrum scripta, & Confessionem Augustanam committunt, Collecta ex Apologia libri Concordiæ, per Mattheum Fabrum Pastorem Rochenitzensem. VVittembergæ in 8.

Publicatio Actorum, **Was sich im Fürstenthumb Lignitz mit Leonharten Creutzheimen zugetragen / vnnd welcher Massen er den** Caluinismum **in selbigen Landen eingeführt / durch** Ægidium Hunnium **vnnd** VVolffgangum Mamphrasium D. **vnd gewesene Lignitzische** Visitatores. **Wittemberg in** 8.

Pu-

ANNVS 1600.

ANNO 1600. verè, proprieque, & ſolenniſſimè Iubilæus eſt: iam enim mille ſexcenti ſunt, quo *gloria Domini apparuit in terra noſtra*, quo *Dominus exercituum viſus eſt in templo ſancto ſuo, venitque Sioni rex eius manſuetus, venit lumen gentium, & ſalus nationum vſque ad extremum terræ.* Hoc Iubilæum iam decimum ſextum celebrat Eccleſia: Conſiſtit verò celebritas in eo illa, vt pœnitentia, contritione, & lacrymis humiliati cordis, à peccatis per ſanguinem Agni immaculati CHRISTI IESV, expiati, ſacroque eius Corpore, non vbiquitario, nec ſignis inanibus paſti, orationi, eleemoſynæ, ſanctisq; operibus incumbentes, pœnarum temporalium ex immenſi theſauri, quem merita Chriſti in Eccleſiæ ſacrario repoſuerunt, diſpenſatione indulgentiam accipiamus.

Annus Conſtantiæ Romanæ.

Sacrum gaudium non eſt ſine lacrymis pœnitentiæ.

Deo etiam immenſas toto pecto-

Sedecim sæcula vni opponimus

Sex constantia vni cothurnato.

re, omnibus viribus gratias agimus, qui Ecclesiam suam per sæcula sex & decem, suâ virtute ac benignitate inter gentilium gladios, hæreticorum contentiones, falsorum fratrum defectiones, inuiolata fide, ad nos vsque deduxit. Quis enim non gaudeat, cum sanctum illum inter Iudæorum inuidiam, calumniasque cœtum educatum, Neronis, Domitiani, Neruæ, Traiani, Adriani, Antoninorum, Seueri, Maximini, Decij Diocletiani, aliorum crudelitate pressum, toto se orbe spargere, & titulos suos regum frontibus affigere videt? Nauem illam tot scopulis allisam, tot decumanis fluctibus verberatam, tot machinis oppugnatam, incolumi onere, firmis compagibus, inuiolato præsidio perstitisse? Sed gaudia nostra præscindit effusus imo corde luctus, dũ salua nostra rate, heu quondam fratrum naufragia conspicimus, nos lumen accendimus, tabulas eijcimus, funes dimittimus, manum porrigimus, vt si quis optata statione salutis con-

Gladiorũ, & hæreseon victrix Ecclesia animas reduces trãsmittit cœlo.

condere animam desideret, nobis se se iungat, hæc enim sola est, qua maiores nostri in salutis æternę portum nauigarunt. Deflete hæc meum, ad tãtos, ad tam varios errantium casus ingemiscite. Sit magna velut mare contritio nostra, quia magna est, velut infernus, clades ciuium nostrorum, & in tanta strage pereuntium se nemo cogitat periturum.

Tum vicinissimũ est exitium, cum maxime securus.

Plangite, & æquoreos lacrymis euincite fluctus,
Aggemat & vestris æquoris vnda malis.
Mille rates vasto sparguntur marmore, & omnes
Vertunt in varias turgida vela vias.
Vnica sola tenet veri moderamine portum,
Qua vehitur prisca relligione fides.
Illa Lutheriacis iam dudum syrtibus hæret,
Quam facilis molli stringit arena sinu.

Est aliam medios Campanus ducit in hostes,
Vectorum vt multo sanguine plena natet.
Ecce illam scopulus, saxum inuiolabile, frangit,
Qua tumidus stricto Zvinglius ense sedet.
Illa est Caluini, celeri quam vortice raptat,
Et premit inuersa torta charybdis aqua.
Mennonis hanc nulla tactum mare detinet aura,
Dum pereat lenta naufraga turba fame.
Hunc regit Arminius, furit illa in parte Socinus,
Et lacerat miseram ventus, & vnda ratem.
Vna tenet certum multa inter millia portum,
Præda natant auido cætera turba mari.

ANNVS 1601.

ANNO 1601. Colloquio Ratisbonenſi concuſſus Lutherismus, & multorum conuerſioni via parata eſt. Non agam pluribus hac de re, tantum moneo præcocem fuiſſe victoriæ prædicationem, nondum enim inceperat, cum iam rumorem de ſua victoria ſparſiſſent Lutherani: verum progreſſus docuit, quocunque ſe modo verterent, aliquid extra ſcripturas credendum illis eſſe; tandem concedere coacti. Adeoque tum profectum eſt, vt nuper in Durlacenſi Colloquio, diſertè negarent, ex ſcriptura ſe probare poſſe, ſed conſequentias per humanam ratiocinationem permittebant. Sed ad Ratisbonenſes redeo, cum ſibi iam ipſi diſplicerent, & res ſuas deteriore loco viderent, ſine præmio laborem, cum contumelia ſuas ineptias euulgatas fremerent, ad notas artes calumniandi deſcenderunt. Itaque refutandi fuerunt,

Ratisbonenſis Colloquii felix exitus.

Scripturã eſſe ſcripturam ſacram, traditio eſt.

quod insigni apologia Tannerus præstitit. Et ne refugere certamen videretur, initio statim centum eos mendaciorum insimulat, & probat. Verum cum multi Colloquij meminerint, multa etiam scripta sint, & multorum conuersioni disputatio illa occasionem dederit, in medio relinquo.

ANNVS 1602.

Crudelitas consiliorũ in Crellio punita.

Si mortem meruit voluntas inducendi Caluinismi, cur nunc cum illis festa aguntur?

ANNO 1602. multis Lutheranis lætus eluxit, morte Crellij Cancellarij, qui decem iam annos in carceris squalore egerat, conuictus enim magni criminis, dolens, fremens, protestans in forum Dresdense productus, & capite plexus est. Vicit quidem Lutherismus, at fero, neque enim paucos laudatores habuit Crellius.

Hoc anno librum edidit Philippus Nicolai, cuius titulus est: *Sacrosanctum omni-præsentiæ Iesu Christi mysterium.* Non ille triumphos & epinicia canit, sed lugendo luget inte-

interitum Caluiniſtarum : *Non enim*, inquit, *eſt mihi cornea fibra, nec ſum tam ferrei pectoris, quin ex Eccleſiæ præſentis ſqualore, vulneribus, & membrorum diſtractionibus, ingentem animo dolorem concipiam.* Hęc ille, cum adhuc integra eſſet Haſſia, ſtaret Lutheriſmus in Marchionatu, Boruſſiaque. Vos autem ô degeneres animæ, ô rerum obliti veſtrarum Prędicantes, in illo ſqualore, vulneribus, amputatis duobus nobiliſſimis membris, Electoratu & Landgrauiatu, hiante ſæuo vulnere, feſtam ſollennitatem Eccleſiæ vix animam trahenti indicitis, canere eam iubetis, cui reſpirare vix conceſſum eſt. Durum eſt non flere miſeros; tyrannicum, miſerorum lacrymas cohibere, quid eſt autem miſeris, dolentibusque gaudia imperare?

Lutheranus luget Caluiniſtas.

Difficile eſt triſti fringere mente iocos.

ANNVS 1619.

Augustus Nikolaus Bucelinus Ord. S. Benedicti Professus, & Abbas Ettenhemensis, Catholicus Romanus, Germanus, Constantiensis Diœcesis, Anno Christi 1599. 16. Augusti natus, virgo genitalibus pene destitutus, & ob id Eunuchus, ut ferunt, ab Ecclesiæ Romanæ Ordinibus habitus, & ad Sacros Ordines admissus, Abbas Ettenhemensis, Tribunus Ecclesiæ Romanæ, Anno Christi 1619. 16. Augusti, ætatis suæ 20. Ordinatus, & Consecratus, mortuo Leone Decimo, Pontifice Romano, Anno Christi 1621. 10. Martii, ætatis suæ 21. mensium 7. dierum 24. Pontificatus Urbani Octavi Anno 1. mensium 11. dierum 4. Ordinationis suæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Consecrationis suæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Abbatiæ suæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Tribunatus Ecclesiæ Romanæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Ordinis Sancti Benedicti Professionis suæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Ætatis suæ 21. mensium 7. dierum 24. Ordinis Sancti Benedicti Professus, & Abbas Ettenhemensis, Catholicus Romanus, Germanus, Constantiensis Diœcesis, Anno Christi 1599. 16. Augusti natus, virgo genitalibus pene destitutus, & ob id Eunuchus, ut ferunt, ab Ecclesiæ Romanæ Ordinibus habitus, & ad Sacros Ordines admissus, Abbas Ettenhemensis, Tribunus Ecclesiæ Romanæ, Anno Christi 1619. 16. Augusti, ætatis suæ 20. Ordinatus, & Consecratus, mortuo Leone Decimo, Pontifice Romano, Anno Christi 1621. 10. Martii, ætatis suæ 21. mensium 7. dierum 24. Pontificatus Urbani Octavi Anno 1. mensium 11. dierum 4. Ordinationis suæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Consecrationis suæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Abbatiæ suæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Tribunatus Ecclesiæ Romanæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Ordinis Sancti Benedicti Professionis suæ Anno 1. mensium 7. dierum 24. Ætatis suæ 21. mensium 7. dierum 24.

Augustus Nikolaus Bucelinus.

Ordinatus.

Consecratus.

Abbatiæ suæ.

Tribunatus.

Professionis suæ.

Ætatis suæ.

Confutatio in verbo Dei fundata Gedeonis Agricolæ, quod Vbiquistæ rixantes & clamãtes causam nullam habeant, Caluinistas iniuria ita dictos hæreseos damnandi, per Iobum Fridericum. Germ. ibid in 4.

Errori propria inconstãtia quig malo notæ facile aliũd videtur melius.

Sæcularem habes, ô lector, mutationem, magnam, damnabilem, damnatamq; ab ipsis sectarijs mutationem, ipsâ lunâ mutabiliorem; neq; enim astri illius semper variantis se mutuo damnant, oderuntq; φάσις, noua luna succedit veteri, & vetus nouæ cedit, ipsa sibi Cynthia semper conciliata est. At verò in mutationibus sectarum, non animorum pietas duntaxat, verum ipsa quoque respublica concutitur, semper quod fecit, eadem damnat opus.

Ve-

Verum quod principio monui velim animo recondas tuo, nempe omnibus illis annis quos ſacros, felices, Iubilarios indigetant, decem illa documenta mediteris. Inuenies profecto, in turpi apoſtaſia turprore Societate hæreſeon, turpiſſima diſſenſione, maiorem humana ſuperbiam, certitudinis iactantiam, calumniaſque, neque vllum, quo tanta mala tolli, aut mitigari queant, remedium. Quod vt manifeſto cognoſcas breui diſcurſu præibo, & quæ initio propoſui, paucis illuſtrabo hoc ſolum proteſtatus, nullum eſſe librum ex illis, quos contra ſe mutuo ediderunt, quo non plura contineantur, quam hic explicaturus ſim multa.

PRIMVM igitur eſt; vt cum annorum fœlicium pugnas, ſectas, ſectiunculas, fraudes, & velut Oceani reciprocantis, abeuntium, redeuntiumque in vicem religionum ortus, occaſusq; legerint, id ſemper ſecum taciti loquantur: Doctores illos intre

inter se odio plusquam ciuili dissidentes, sese mutuo deuouentes, execrantes; multis, exiliis, ferro prosequẽtes, omnes à prima Ecclesia, quæ annos mille sexcentos decem & septem nunc stetit discessionem fecisse. Mouisse τὰ ἀκίνητα, illa quæ moueri nequaquam oportuit. *Transgressos esse antiquos termiuos, quos posuerunt patres eorum.* Inde tot esse rixas, & cruenta certamina. Graue scelus, & vigore legum semper vindicatum est: agrorum sacros limites mouisse, cedere Terminum, quod ne Iouem quidem potuisse aiunt, coëgisse. Diuina certè lex (Deut. 19. 14. & 27 17.) terminorum translatoribus maledicit: nec Romana illis constituta parcunt. *Viliores ad metalla* damnabant, honestiores *tertia bonorum parte multatos in Insulam deportari* iubebant. Si leges humanę tanta cautione glebis, & incilibus prospiciunt: quid sacrosanctæ religioni debent Canones Ecclesiastici? Quantæ audaciæ fuerit μετοίρειν ὅρια ἀκίνητα; terminos sęculares seu terminos sæculi, verè sacros

De veritate Ecclesiarum suarũ pugnant, qui Ecclesiam 1617. annorum deseruerunt.

Qui terminum exarasit sacer esto.

diuina manu fixos? Audite ea de re nouitatis accusatorem, osoremque Vincentium Lirinensem. *Quæ cum ita sint (inquit) iterum atq; iterum eadem mecum reuoluens ac reputans, mirari satis nequeo tantam quorundam hominum vesaniam, tantam excæcatæ mentis impietatem, tantam postremo errandi libidinem, vt contenti non sint tradita semel & accepta antiquitus credendi regula, sed noua ac noua in diem quærant, semperque aliquid gestiant religioni addere, mutare, detrahere. Quasi non cœleste dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat: sed terrena institutio, quæ aliter perfici, nisi assidua emendatione, imo potius reprehensione, non posset: Cum diuina clament oracula: Ne transferas terminos, quos posuerunt patres tui.*

Antiqua est veritas, adultera nouitas.

Ad viuum descriptus Lutherismus.

Non est parui hoc argumentum momenti, quamuis enim eluditur verbis irrisorum, stringit tamen conscientias etiam contumacium. Nouitates enim etiam hoc anno in suâ cõtrarem onstrantia Arminianis Rigidi

Arminiani noui, quia 20. annorum, Rigidi veteres, quia 60.

gidi obiecerunt. Quibus illi (p. 3.) respondent: *Hæc obiectio coloris aliquid habitura esset, si probari posset sententiam Remonstrantium in dictis articulis nouam esse respectu Antiquitatis primitiuæ Ecclesiæ, post tempora Apostolorum: nam eiusmodi antiquitas apud omnes Christianos iure meritoque in magno habetur pretio. Sed hic contra Remonstrantes nihil omnino habent, quod producant. Si putant se aliquid habere: agedum audiantur primi patres, atq; ex ipsorum libris controuersiæ decidantur. Quæ ergo hæc nouitas, cui opponatur antiquitas 40. aut paulo plurium annorum?* & pag. 17. Inter innumeros orthodoxos patres, recensent præcipuos, Augustinum, Prosperum, Fulgentium, *quos Ecclesia primitiua semper pro orthodoxis scriptoribus agnouit.*

Hos si agnoscũt, cur à nobis recesserunt?

SECVNDO. Nulla laus est in transfugio, tam sero, tam multis, tam perditis omnibus communi. Omnis hęresis recessit à Catholica Ecclesia, aut ab hæresi apostatrice in hæresin peiorem. Primo temporis

Cõmune est omnib. hæreticis à Catholica recessisse.

ſacri,& acceptabilis ſæculo, Simon Magus,Nicolaus Antiochenus, Cerinthus,Ebion,Menander, Saturnius, quamuis cauſam non habuerint à tam ſanctâ Eccleſia, & de ſanguine Domini adhuc recenter lotâ, recedendi,prętextus tamen finxerunt. Alterum ſæculum protulit Baſilidem, Carpocratem, Gnoſticorum greges, Chiliaſtas, Cerdonem, Marcionem,Caianos, Valentinum, Apellem,Bardeſanem,Montanum, Seuerianum, Apoſtolicos, Melchiſedecianos,Florinianos. Et manſit tamen eadem, à quâ & nunc tot hæreſeon examina exierunt, Eccleſia. Et ne tot peſtibus, & Carcinomatis memorandis immorer; ſecuti ſunt inſequenti tempore, Helcheſitæ, Nouatiani,Sabelliani, Samoſateniani, Hieracitæ, Manichæi, Donatiſtæ, Ariani, Macedoniani, Anthropomorphitæ, Collyridiani, omnes illi varij, atque in varia genimina diſperſi. His nondum Sopitis, Pelagiani, Neſtoriani, Eutychiani, Acephali, Theopaſchitæ, Monotheli-

Nulla Eccleſia tam ſancta fuit, à qua non receſſerint hæretici.

tæ,

tæ,atq; hi quoque in particulas diſſecti prodiêre : donec omnes ferè oppreſſit , aut in vnam ſectam contraxit violentia Mahometis. Interea tamen Iconoclaſtæ , Berengariani, Bogomili, Petrobruſiani, Waldenſes , Begardi, Huſſitæ ab eadem Eccleſia, errorum iudice, ac damnatrice, apoſtaſiam fecerunt. Sæculi etiam proximi hæreſes primum ab Eccleſia receſſerunt , deinde inter ſe colliſæ centurias ſectarum effecerunt. Videte numeroſitatem, diuerſitatem, animoſitatem errantium, proſcribentium, & proſcriptorum , & dicite: manet Eccleſia, perſecutio fecit martyres, hæreſes apoſtatas tãtum. Illa vera Eccleſia eſt eadem. , à qua priſci,& noui diſceſſerunt. Conſortium autem veterum hæreticorum ſi fugitis , ad Eccleſiam redite. Nullus illorum vobiſcum, nullus veſtrum cum illis in omnibus ſentit. Non eſt finis errandi dum à linea receditur. Totam igitur turbam illam ſuis regionibus, nominibus, opinionibus diſtinctam cum intuemini, di-

Manet Eccleſia, ſecãtur ſectæ

cite: Nemo in Ecclesia, à qua omnes hæreses à Simone vsque ad Vorstium exierunt, ita sensit. Non est nostrorum hæreticorum discessus excusatior, quam veterum, quia semper in peius proficit, sibi indulgens error, vti libro de hæreseon incremento docui, oraculum est quod libro de vtilitate credendi Augustinus dixit: *Hæreticos de Lethargicis plane phreneticos facere.* Ab ea igitur Ecclesia, quæ per singulos annos, ad Prosperi, Augustini, primasq; Ecclesias martyrum, atq; apostolorum traducem deriuat, omnes illæ religiones, quæ nunc Europam sine fide perturbant, discesserunt.

Discrimen magnũ est Ecclesiæ, à qua exieũt hæreses; & hæreseon inter se collisarum.

TERTIO: Hoc quoq; perpendite quantam sit Ecclesiæ veræ à qua deficiunt hæreses, & hæreseon inter se collisarum discrimen. Ecclesia semper perseuerat, tanquam vna respublica, diuino iure, sanctis docendi, viuendiq; legibus constituta, successionis ordine, doctrinam, ac iura à maioribus accipit, legitimæ præscriptio-

ptionis iure ꝓsessionem veritatis, auctoritatemq; tuetur. Hęretici pulsi de patria, aut sponte exules, cum inualuerunt in se vertunt iras, factionum nouas factiones, & sectarum sectiunculas faciunt, & cum se mutuo impetunt, merito suo omnes cadunt. Egregie hos explicuit Irenæus l. 1. c. 3. Ἔστο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ ἐκκλησία καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα. Καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, μίαν ψυχὴν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει, καὶ διδάσκει, καὶ παραδίδοσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη, καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιαι, ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή, καὶ οὔτε αἱ ἐν γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι, ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς ἱβηρίαις, οὔτε ἐν κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολὰς, οὔτε ἐν αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος τὸ κτῆσμα τοῦ θεοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς, καὶ ὁ αὐτὸς οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχοῦ βαίνει.

Prædicationis Ecclesia custos est.

Ecclesia sol vnus etsi ab eius se lumine multi subducant.

In huius igitur vnius Ecclesiæ vna anima, per tot gentes vnus est, sæcu-

lorum ſedecim conſenſus, tot ſanctorum, & orthodoxorum ſucceſſione firmus, tot hæreticorum exceſſu purgatus. Eadem mente S. Cyprianus L. de vnitate Eccleſiæ. *Hanc Eccleſiæ vnitatem, qui non tenet, tenere ſe fidem credit? qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit, qui Cathedram Petri, ſuper quam fundata eſt Eccleſia deſerit; in Eccleſia ſe confidit? quando et beatus Apoſtolus Paulus hoc idem doceat, & Sacramentum vnitatis oſtendat, dicens: Vnum corpus & vnus ſpiritus, vna ſpes vocationis veſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus? Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, vt Epiſcopatum quoq; ipſum vnum atque indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfidâ præuaricatione corrũpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia quoq; vna eſt quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quo modo Solis multi radij, ſed lumen vnum, & rami arbori multi, ſed robur vnum tenaci*

Qui vnam Eccleſiam nõ habet, de vna fide fruſtra gloriatur.

Vnus Epiſcopatus eſt.

tenaci radice fundatum, & cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur, exundantis copiæ largitate, vnitas tamen seruatur in origine. Auelle radium solis à corpore, diuisionem lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte præcide riuum præcisus arescet. Sic & Ecclesia Domini luce per fusa per orbem totum radios suos porrigit, vnum tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur: ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit: vnum tamen caput est, & origo vna, & vna mater fœcunditatis successibus copiosa. Illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, Spiritu eius animamur.

Vna arbor vna radix Ecclesia.

Hæreticus est ramus fractus.

Frangitur Simon Magus, abrumpitur Arius, excidit Nestorius, diuellitur Hus, præcipitat Lutherus, præciditur Zvinglius, exuritur Caluinus, sed inseruntur gentes à Ierosolymis ad Illyricum, Germani, & Britanni, Afrique de longe veniunt, & nunc in locum ramorum per tu-

Fractis ramis, aliis inferantur, quia truncus manet, & radix.

mitiuam Eccleſiam genus Eccleſiæ ſuæ, nemo ad antiquæ nobilitatis patres, nemo ac martyres triumphales ſtemma referre valet. Non eſt conuitium cum obiicitur vobis nouitas; cum diſcordiæ veſtræ ſcopis diſſolutis, & aridis virgultis comparantur, ad quam enim Eccleſiam, ad quam vnam partem appellatis? Veſtra vos bella premunt, negant veſtri vos veteres auctores habere. Caſaubonus, (quantus in veſtro grege taurus?) Epiſt. ad Bertium *Tua quæſtio pendet ex alia, velaliis potius, de quibus video noſtros contraria docere antiquis patribus. Ridicule faciunt, qui hoc negant.* Neutra ergo pars veſtrum arbori inſeritur, tota hæreſis commutatur, rami fracti inſeri ſibi mutuo non poſſunt. Dreſdenſis ſynodus Vbiquitatem damnat, decennio poſt, eadem illa larua canonizatur, & magnæ parti Lutheraniſmi imperatur. Vbiquitas non modo non vbique ſed in veteri Eccleſia nullibi inuenitur

Sectæ ſibi mutuo nouitatem obiiciunt, & merito.

Mutabilitas totius turbæ hæreticæ.

omnes etiam Melanchthon docuerat. Ludouicus autem proſcriptis Caluinianis Lutheranos Vbiquitarios induxit, homines ſæuos, impacatos, ipſa ruditate feroces. Totam religionem, quæ ante fuerat, in primariis articulis, tollebat Vbiquitas, mortuo, poſt ſepternium dominãtis Vbiquitatis, Ludouico, Ioannes Caſimirus adminiſtratorio iure, rigidum Caluiniſmum, exulesque reduxit. Intra annos ſexaginta, illæ viciſſitudines fuere, multæque animæ primo Catholicę, deinde Lutheranæ, tertio Melanchthonicæ, quarto vbiquitariæ, quinto Rigido-Zvingianę, toties fidem abiurarunt, quoties ambitioſa aſtutia Principibus mutationem perſuaſit. Nuncunam oſtendite firmam, conſtantemq; Eccleſiam, ex qua illæ exorbitationes proceſſerunt, à qua, & iudicantur. Nulla pars horum eſt Eccleſia, nulla cum primitiua Eccleſia nectitur. Neque nunc aliud ſupereſt, quã vt per occultos Arminianos, aut Vorſtianos altera mutatio ſuccedat.

Miſera varietas, & palidonia.

Faci-

Facilius Germania recipiet Arminium, quam Belgium. Belgæ enim initio Caluinum amplexi sunt: Germani non nisi legibus, & metu Principum, nec sic tamen animis, sed cærimoniis Caluinū admiserunt, & plerique sub nomine Lutheri, cum vero Arminianis sit maior cum Lutheranis Concordia, si quis eorum sententiam proponat, faciles auditores experietur.

Armaniani facile in Germania proficient.

Quartum est, quod ad cōsiderationem infelicis sæculi, & laruati Iubilæi plurimū conferet, nēpe in summa leuitate mutandarum religionū, summa, ac plusquam impostoria certissimæ cognitionis, & plenissimæ fiducię iactantia. Euidentissima, certissima, irrefragabilia sacrarum literarum testimonia proferunt omnes, omnem hæsitationem, obscuritatēque orco delegant, & post hanc tamen præsumptuosissimam cōfidentiloquentiam à prima religione desciscunt, alteri Sacramentū dicunt, idq; toties faciunt, quoties animo est collubitum, iamq; tam certi sunt priora

Certitudinis falsæ contumacia est, non ratio.

priora esse falsa ac impia; quã prius, vera piaque. Tota igitur illa certitudo, quam versura, & σειραὶ χθειραι, veterumq; Catechismorum, formularum, iuramentorum, professionum cõturbatio consequitur, improbissima est. Non est enim viri boni id procertissimo venditare, de quo ipse dubitet. Exemplum recentissimum videte. Crocius rem fiduciariam, rigidamq; contra Bertiũ strenue egit, post scripta, anathematismos, iuramenta, dubitare incipit, adeo vt Rigidos in Hollandia offenderit. Obiicit illi hæc omnia, in *hyperaspiste* Bertius. Dixisse eum: *Veruntamen diffiteri non debemus rem implicatam adhuc esse.* Et. *Fieri potest vt rem totam nec illi nec nos intelligamus.* De fiducia speciali loquitur. Quantum abest ille à veritate, qui de errore dubitare incipit. Certe fiduciam ille non habet specialem, qui nescit, vtrum controuersiam de fiducia intelligat.

Incerta fatentur, quæ certa iurarunt

Tria itaque illa per omnes Iubilæi annos consideranda propono. Primo discessum à Catholica, totius antiquitatis inimicitiam: cur

enim

enim nō omnibus annis exprobrent illis, quód in Colloquio Franckendallensi Catabaptistis ipsi exprobrarunt? *Si vos Ecclesia Dei estis, inquiunt, sequitur Deum sine populo, & Ecclesia fuisse, vsque ad annum 1524. in quo Carolstadius doctrinæ vestræ fundamenta posuit, Nam si vel omnes historias perlegatis, nullum ab exordio mundi populum inuenietis, qui Confessionem fidei vestræ similem habuerit.* Deinde confidentiam docendi incertā. Beza in vita Caluini: *Doctrinam de Cœna Dominica, à nullo post Apostolos recte intellectam, & traditam hactenus fuisse quam à Caluino.* Tertio in tanta confidentia perpetua dubitatio fons religionum, & Rerum publicarum mutandarum cernitur.

Suis telis petuntur.

In signe argumentū aduersarios rum.

Ruditas confidens est, & in difficultatibus dubia.

Quinto, hoc quoque animo reuoluite. Maiores vestros Luthero fuisse infestissimos hostes. Lutherum vero irreconciliabili odio vt olim Brutus Tarquinium, ad inferos vsque Zvinglianos persecutum esse, vt libro de Vnione, & synodo Euangelicorum probaui. At nunc Heidel-

delbergenſes Lutherum inſigne Dei inſtrumentum, ac reformatorem appellant, & honori illius ſe Iubilæum celebrare ſimulant. Si talis eſt Lutherus; non igitur teſtimonium eius repudiare poſſunt. Nam & anno ſæculari eum colere, & inteſtabilem eundem facere, hominis eſt ſecum pugnantis. Sancto ergo, & fido Dei Euangeliſtæ ſi creditis; hoc etiam credite; Eum, cum vos *diabolos* vocat *incarnatos*, cum *ſeptuplo Papiſtis peiores*, vere, religioſeque teſtimonium dicere. Admiſſo vero ad teſtimonium Luthero, diſcipulos Lutheri reiicere nullo iure poteſtis. Quotieſcunque igitur cum Lutheranis eaſdem tibias inflatis, & in commune Iubilatis, dedecora veſtra fatemini. Qui teſtem laudat, teſtimonium, quod contra ſe eſt, confirmat.

Lutherus Caluiniſti laudatus, laudatores execratur.

Sexto, omnes anni qui aureum Luthero-Caluinianum ſæculum conſtituunt, vt pugnas & contentiones habent, ita quoq; aperta, ca-

Omnes aurei ſæculi, noui Euangelii præcones mendaces ſunt.

cite: Nemo in Ecclesia, à qua omnes hæreses à Simone vsque ad Vorstium exierunt, ita sensit. Non est nostrorum hæreticorum discessus excusatior, quam veterum, quia semper in peius proficit, sibi indulgens error, vti libro de hæreseon incremento docui, oraculum est quod libro de vtilitate credendi Augustinus dixit: *Hæreticos de Lethargicis plane phreneticos facere.* Ab ea igitur Ecclesia, quæ per singulos annos, ad Prosperi, Augustini, primasq; Ecclesias martyrum, atq; apostolorum traducem deriuat, omnes illæ religiones, quæ nunc Europam sine fide perturbant, discesserunt.

Discrimen magnũ est Ecclesiæ, à qua exieũt hæreses; & hæreseon inter se collisarum.

TERTIO: Hoc quoq; perpendite quantam sit Ecclesiæ veræ à qua deficiunt hæreses, & hæreseon inter se collisarum discrimen. Ecclesia semper perseuerat, tanquam vna respublica, diuino iure, sanctis docendi, viuendiq; legibus constituta, successionis ordine, doctrinam, ac iura à maioribus accipit, legitimæ præscriptio-

ptionis iure ꝓsessionem veritatis, auctoritatemq; tuetur. Hęretici pulsi de patria, aut sponte exules, cum inualuerunt in se vertunt iras, factionum nouas factiones, & sectarum sectiunculas faciūnt, & cum se mutuo impetunt, merito suo omnes cadunt. Egregie hos explicuit Irenæus l. 1. c. 3. Ἕστο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ ἐκκλησία καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα. Καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, μίαν ψυχὴν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν καὶ συμφώνως τούτοις κηρύσσει, καὶ διδάσκει, καὶ παραδίδοσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη, καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιαι, ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ οὔτε αἱ ἐν γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι, ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλιως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς ἱβηρίαις, οὔτε ἐν κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολὰς, οὔτε ἐν αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν λιβύῃ οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος τὸ κτῆσμα τοῦ θεοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς, καὶ ὁ αὐτὸς οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχοῦ βαίνει.

Prædicationis Ecclesia custos est.

Ecclesia sol vnus etsi ab eius se lumine multi subducant.

In huius igitur vnius Ecclesiæ vna anima, per tot gentes vnus est, sæcu-

lorum sedecim consensus, tot sanctorum, & orthodoxorum successione firmus, tot hæreticorum excessu purgatus. Eadem mente S. Cyprianus L. de vnitate Ecclesiæ. *Hanc Ecclesiæ vnitatem, qui non tenet, tenere se fidem credit? qui Ecclesiæ renititur & resistit, qui Cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia deserit, in Ecclesia se confidit? quando et beatus Apostolus Paulus hoc idem doceat, & Sacramentum vnitatis ostendat, dicens: Vnum corpus & vnus spiritus, vna spes vocationis vestræ, vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma, vnus Deus? Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, vt Episcopatum quoq; ipsum vnum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfidâ prævaricatione corrũpat. Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia quoq; vna est quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quo modo Solis multi radij, sed lumen vnum, & rami arbori multi, sed robur vnum tenaci*

Qui vnam Ecclesiam nõ habet, de vna fide frustra gloriatur.

Vnus Episcopatus est.

tenaci radice fundatum, & cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur, exundantis copiæ largitate, vnitas tamen seruatur in origine. Auelle radium solis à corpore, diuisionem lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte præcide riuum præcisus arescet. Sic & Ecclesia Domini luce per fusa per orbem totum radios suos porrigit, vnum tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur: ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit: vnum tamen caput est, & origo vna, & vna mater fœcunditatis successibus copiosa. Illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur, Spiritu eius animamur.

Vna arbor vna radix Ecclesia.

Hæreticus est ramus fractus.

Frangitur Simon Magus, abrumpitur Arius, excidit Nestorius, diuellitur Hus, præcipitat Lutherus, præciditur Zvinglius, exuritur Caluinus, sed inseruntur gentes à Lerosolymis ad Illyricum, Germani, & Britanni, Afrique de longe veniunt, & nunc in locum ramorum per tu-

Fractis ramis, alius inferantur, quia truncus manet, & radix.

mitiuam Eccleſiam genus Eccleſiæ ſuæ, nemo ad antiquæ nobilitatis patres, nemo ac martyres triumphales ſtemma referre valet. Non eſt conuitium cum obiicitur vobis nouitas; cum diſcordiæ veſtræ ſcopis diſſolutis, & aridis virgultis comparantur, ad quam enim Eccleſiam, ad quam vnam partem appellatis? Veſtra vos bella premunt, negant veſtri vos veteres auctores habere. Caſaubonus, (quantus in veſtro grege taurus?) Epiſt. ad Bertium *Tua quæſtio pendet ex alia, velaliis potius, de quibus video noſtros contraria docere antiquis patribus. Ridicule faciunt, qui hoc negant.* Neutra ergo pars veſtrum arbori inſeritur, tota hæreſis commutatur, rami fracti inſeri ſibi mutuo non poſſunt. Dreſdenſis ſynodus Vbiquitatem damnat, decennio poſt, eadem illa larua canonizatur, & magnæ parti Lutheraniſmi imperatur. Vbiquitas non modo non vbique ſed in veteri Eccleſia nullibi inuenitur

Sectæ ſibi mutuo nouitatem obiiciunt, & merito.

Mutabilitas totius turbæ hæreticæ.

omnes etiam Melanchthon docuerat. Ludouicus autem proſcriptis Caluinianis Lutheranos Vbiquitarios induxit, homines ſæuos, impacatos, ipſa ruditate feroces. Totam religionem, quæ ante fuerat, in primariis articulis, tollebat Vbiquitas, mortuo, poſt ſepternium dominãtis Vbiquitatis, Ludouico, Ioannes Caſimirus adminiſtratorio iure, rigidum Caluiniſmum, exulesque reduxit. Intra annos ſexaginta, illæ viciſſitudines fuere, multæque animæ primo Catholicę, deinde Lutheranæ, tertio Melanchthonicæ, quarto vbiquitariæ, quinto Rigido-Zvinglianę, toties fidem abiurarunt, quoties ambitioſa aſtutia Principibus mutationem perſuaſit. Nuncunam oſtendite firmam, conſtantemq; Eccleſiam, ex qua illæ exorbitationes proceſſerunt, à qua, & iudicantur. Nulla pars horum eſt Eccleſia, nulla cum primitiua Eccleſia nectitur. Neque nunc aliud ſupereſt, quã vt per occultos Arminianos, aut Vorſtianos altera mutatio ſuccedat.

Miſera varietas, & palidonia.

Faci-

Facilius Germania recipiet Arminium, quam Belgium. Belgæ enim initio Caluinum amplexi sunt: Germani non nisi legibus, & metu Principum, nec sic tamen animis, sed cærimoniis Caluinū admiserunt, & plerique sub nomine Lutheri, cum vero Arminianis sit maior cum Lutheranis Concordia, si quis eorum sententiam proponat, faciles auditores experietur.

Armaniani facile in Germania proficient.

Quartum est, quod ad cōsiderationem infelicis sæculi, & laruati lubilæi plurimū conferet, nēpe in summa leuitate mutandarum religionū, summa, ac plusquam impostoria certissimæ cognitionis, & plenissimæ fiducię iactantia. Euidentissima, certissima, irrefragabilia sacrarum literarum testimonia proferunt omnes, omnem hæsitationem, obscuritatēque orco delegant, & post hanc tamen præsumptuosissimam cōfidentiloquentiam à prima religione desciscunt, alteri Sacramentū dicunt, idq; toties faciunt, quoties animo est collubitum, iamq; tam certi sunt

Certitudinis falsæ contumacia est, non ratio.

priora

priora esse falsa ac impia; quã prius, vera piaque. Tota igitur illa certitudo, quam versura, & σεισαχθεια, veterumq; Catechismorum, formularum, iuramentorum, professionum cõturbatio consequitur, improbissima est. Non est enim viri boni id procertissimo venditare, de quo ipse dubitet. Exemplum recentissimum videte. Crocius rem fiduciariam, rigidamq; contra Bertiũ strenue egit, post scripta, anathematismos, iuramenta, dubitare incipit, adeo vt Rigidos in Hollandia offenderit. Obiicit illi hæc omnia, in *hyperaspiste* Bertius. Dixisse eum: *Veruntamen diffiteri non debemus rem implicatam adhuc esse.* Et. *Fieri potest vt rem totam nec illi nec nos intelligamus.* De fiducia speciali loquitur. Quantum abest ille à veritate, qui de errore dubitare incipit. Certe fiduciam ille non habet specialem, qui nescit, vtrum controuersiam de fiducia intelligat.

Incerta fatentur, quæ certa iurarunt

Tria itaque illa per omnes Iubilæi annos consideranda propono. Primo discessum à Catholica, totius antiquitatis inimicitiam: cur

enim

delbergenſes Lutherum inſigne Dei inſtrumentum, ac reformatorem appellant, & honori illius ſe Iubilæum celebrare ſimulant. Si talis eſt Lutherus; non igitur teſtimonium eius repudiare poſſunt. Nam & anno ſæculari eum colere, & inteſtabilem eundem facere, hominis eſt ſecum pugnantis. Sancto ergo, & fido Dei Euangeliſtæ ſi creditis; hoc etiam credite; Eum, cum vos *diabolos* vocat *incarnatos*, cum *ſeptuplo Papiſtis peiores*, vere, religioſeque teſtimonium dicere. Admiſſo vero ad teſtimonium Luthero, diſcipulos Lutheri reiicere nullo iure poteſtis. Quotieſcunque igitur cum Lutheranis eaſdem tibias inflatis, & in commune Iubilatis, dedecora veſtra fatemini. Qui teſtem laudat, teſtimonium, quod contra ſe eſt, confirmat.

Lutherus Caluiniſti laudatus, laudatores execratur.

Sexto, omnes anni qui aureum Luthero-Caluinianum ſæculum conſtituunt, vt pugnas & contentiones habent, ita quoq; aperta, ca-

Omnes aurei ſæculi, noui Euangelii præcones mendaces ſunt.

lumnioſa, impudentia mendacia, ita de ſe mutuo non modo queruntur, ſed etiam probant. Appello ad libros tum Caluinianorum, tum Lutheranorum contra Lutheranos, & contra Caluiniſtas. Ex centum ſcriptoribus vix duos inuenies, qui aduerſarium mendacii, calumniæ, impudentiæ non accuſent, vix tres, qui non probent. Exemplum præbet in *ſenioreſuo* Academia Heidelbergenſis. Poſt diſcordias, & ingentia bella, poſt concuſſam Europã hæreſibus, poſt colliſos errores Pareus ait, Lutheranos, & Caluinianos non diſcrepare in fundamento, cum in 1. cor. ſic loquitur. *Quod ſi extremus ille fidei Chriſtianæ articulus, de reſurrectione & vita æterna in dubium non vocatur: profecto non pauci alii haud leuioris notæ articuli, de veritate carnis Chriſti, de vera Chriſte morte, reſurrectione, aſcenſu in cælũ conſeſſu ad dexteram Dei, & extremo eius reditu, per monſtroſum vbiquitatis dogma non obſcure conuelluntur.* Et cap. 28. Irenici. *Neque arbitren-*

Pareus inueteratus mendaciorum malorum.

bitrentur ſibi cum brutis rationis expertibus negocium eſſe, aut fore, cum ad collocutionem ventum fuerit: vel nos in præſens etiam, ſi vellemus, vicem ipſis rependere non poſſe, exprobrando paradoxa & dogmata longe horribiliora, & falſiora ex ipſorum libris.

Pareo innumerabilia ſunt vnum.

Poſt hominem natus impudentiſſimum mendacium.

Poſt enumerata illa horribilia parodoxa, adhuc perſtat, & ait, *in vno tantum, non toto, non fundamentali diſſentire.* An ergo innumerabilia ſunt vnum tantum? an articuli præcipui non pertinent ad fundamentum? Cur exiliis eos agitis ob vnum ſolum, non fundamentalem articulum? Arminianos perſequimini, & dicitis: *Eos Iudæis, omnibus hæreticis, adeoque Mahometiſtis eſſe peſtilentiores*, (vide Bertii Hyperaſpiſten) & cur obſecro? quia de prædeſtinatione, aliisque, cum Lutheranis ſentiunt. Lutherani ergo, & tales vobis eſſe debent. Oblatum eſt mihi hiſce diebus Thema ſæculare, quod niſi fallor 136. theſib. conſtabat quas præſide Pareo defendiſſe quidem Hungarus dicebatur.

Impudentiora mendacia in vnum fascem collecta non memini me hactenus vidisse, verum pus illud ac venenum mendaciorum apertissima stoliditate plus Catholicis profuit, mirantibus vniuersis hoc sibi imponi de quo nunquam nisi illis chartis lectis dogitarant.

Mendaci non creditur, & iura eo.

Tu amice lector omniũ annorum certaminibus adiicies, vt ille per iocũ: ληκυθον ἀπώλεσε; sic tu serio ψεύδεα κρηθῶν. Quid vero fidei, aut sinceritatis ex illis disces, qui omnes mendacij insimulantur, & conuincuntur? Age ex mille libris Lutheranorum, & Caluinianorum da mihi viginti, quibus se mutuo mendaces esse non probent. Si ergo mentientium pugna est, cur tu miraris eos seculum mendacio concludere, cuius singulos annos mendaciis infamarunt? Pareũ habes nõ reueritum canos suos Archimendacem: ex vno disce omnes, & ne vni quidẽ crede. Aut si cui credis, Bertio crede: cui cũ Crocius diceret: *Qui absolutã perseuerantiæ necessitatem oppugnant, videntur*

tur ſibi errorem, & humanam confidentiam inuadere. Reſpondit ille. *Imo vero ipſam vltimæ impietatis, & profanitatis inuadunt arcem: neque enim vlla religione opus eſt, ſi talis eſt hominum ſtatus, qualem tua ponit ſententia.* Reuera ita eſt, ideo primores Caluiniſmi profeſſores in vltima impietatis, & profanitatis arce conſtituti, non modo libere, ſed etiam palam mentiuntur, nec extrema ſenectus mentiendi libidinem domat: verum eſt enim quod canunt Græci:

Caluiniſtæ iudicant Caluiniſtas ſine religione eſſe.

Conſuetudo altera eſt natura.

Ὁ ὑποῖε ποιήσεις τὸν κάρκινον ὀρθὰ βαδίζειν.

Rectipedem faciet non vlla induſtria cancrum.

Quicquid igitur per omnes annos dixerint, ſcripſerint, iurarint,

In vento, & liquida ſcribere oportet aquâ.

De hac mentiendi immanitate, quã olim præceptor meus Ioannes Mulhuſinus in Pareo notauit, libris *de*

Obscuritas & ambiguitas loquẽdi.

gratia primi hominis, de Crudelitate, & Idolo Caluinistico, sæpe mihi tractandum fuit.

Septimo Mendacio affinis sentẽtiarum obscuritas affectata, & distinctionũ, vanitas qua horrenda quæq; legantur. Illa virtus proprie est Caluinianorum, & per singulos pene annos annotabitur. Specimen videre desideras? Interroga Arminianos in Hollandia, dicent in sua supplicatione pag. 7. *Ac, quod maius est si quis toti membrorum Ecclesiarum reformatarum multitudini sententiam Remonstrantium & contra Remonstrantium nude & sincere vti reuera se habet, coram Deo atque Angelis ipsius proponeret, eũ in finẽ vt sine aliquo affectu præpostero aut præiudicio, quo plurimi miris artificiis sunt præoccupati, rotunde responderent, quãnam ex duab. hisce sententiis arbitrentur in conscientia antiquissimam atq; optimam esse, pateret per experientiam, longe maiorem partem declaraturam, se stare in sententia Remonstrantium. Notum quoque est multos deserere Remonstrantes ex peruersa opinione*

Rigidus Caluinismus sensa legit.

ne quam conceperunt: ſcilicet, Remonſtrantes docere illud quod docent contra Remonſtrantes: cuius rei exemplo non vno in loco deprehenſa fuerunt.

Simplices putant rigorem contra Remonſtrantium pertinere ad Remonſtrantes.

Celant igitur myſteria ſua non minus, quam veteres in adyto Cereris Eluſinæ Priapum. Audire opere precium in hac re, diu ac multum verſatum Bertium in Hyperaſpiſte pag. 215. *Horum (Rigidorum, Heidelbergenſium, &c.) ſapientia ſi remotis parergis omnibus ad breuiſſimas, & ſimpliciſſimas formulas reuocanda ſit, & in vnum veluti faſcem compingenda, conſtabat ex oppoſitis inter ſe, & mirifice conciliatis terminis, hac commodo, Iuſtus, Non iuſtus: Poteſt, Non poteſt: Deſerere Non Deſerere; Iuſtitiam, Non Iuſtitiam: ſuam, Non ſuam: & Perire, Non perire. Ita eſt mi Croci; Diceres vulpes aduerſis caudis colligatas immiſſas in ſegetem Domini, ad faciendam in ea vaſtitatem, Non poſſunt male ſarta niſi hac ratione defendi.*

αστυφατα Calviniana.

Horrenda dogmata eorum, qui contra nos pugnant.

Octauo, In conſiderationem veniant horrenda dogmata, errores-que ab orco reducti. Doctrina Borboritarum, Manichæorum, Libertinorũ, de quibus, libro de Idolo Caluiniſtarum actum eſt. Nunc teſtimonio eorum domeſtico Nicolai Greuinchouii Eccleſiaſtę Roterodamẽſis contentus ero, in diſſert. Theolog. cum Ameſio. *Denique Libertinis quam vos affines ſitis non meis verbis, ſed collatis iterum ſententiis oſtendo:*

LIBERTINISMVS.

Libertini Deum in dæmonem commutant, idem facere Caluinianos docet Caluiniſta.

Libertinorum ſententiam ſic deſcribit Caluinus inſtruct: aduerſus libert: cap. 14.

Temulenti iſti à Deo fieri omnia perſtrepentes, eum mali authorem conſtituunt, deinde quaſi immutetur mali natura, cum ſub hoc nominis Dei velo tegitur, bonum eſſe affirmant: in quo atrociore & ſceleratiore contumelia Deũ afficiunt, quam ſi poteſtatem aut iuſtitiam ipſius alio transferrent. Cum enim

Deo

Deo nihil magis proprium sit quam sua bonitas, ipsum à se abnegari oportet, & in diabolum transmutari, vt malum efficeret, quod ei ab istis tribuitur.

Eodem cap.

At scriptura inquiunt, in vniuersum pronũciat Deum omnia efficere in omnibus 1. Cor. 12. 6. Eph. 1.

Respondeo ipsos perperam & falso scripturam ad id accommodare: cum enim hac sententia vtitur Paulus tantum loquitur de gratia Spiritus Sancti &c.

Cap. 13. notandum est ex hoc articulo (Deum nempe omnia operari) tria admodum execranda consequi. Primo, hoc concesso, nullum inter Deum & Diabolum discrimen fore &c. Alterum quod homines nulla amplius ad vitãdum malum conscientia mouebuntur, sed vt belluæ nullo rerum habito discrimine sequẽtur appetitum suum: Tertium quod nemo iam audebit de re aliqua iudicare, sed omnia probanda erunt, scortationes homicidia, furta, & crimina omnium flagi-

Conscientiã tollunt, & rerum discrimina.

tioſiſſima pro laudandis facinoribus habenda erunt &c.

Beza Homil. 7. in hiſtor. Paſſionis alias vero tentare accipitur, pro ad malum inducere & impellere: quod Deo niſi cum blaſphemia tribui non poteſt. Iacobi 1. 13. proprium enim illud Sathanæ, qui propterea tentabor vocatur. Matt. 4. 3.

Aphoriſ. 19. quicquid agit Deus bonum eſt, omnia autẽ efficit, omnia igitur bona ſunt quatenus à Deo efficiũtur, & diſcrimen illud boni & mali in inſtrumentis duntaxat locum habet.

Aphoriſ. 22. ſic autem agit per illa inſtrumenta, vt non tantum ſinat illa agere, nec tantum moderetur euentum, ſed etiã excitet, impellat, moueat, regat, atq; adeo quod omnium eſt maximum, etiam creet, vt per illa agat quod conſtituit.

Omnia Caluinianus bona, aut Caluiniſta.

Idem eodem lib. ad Calum. 11. Deus ſuggerit voluntatem & affectus ipſius etiam improbis, Sturmius de prædeſt. theſi 16. vult Deus quæ agit, & quæ vt fiant efficit, efficit autem quæ peccata ſunt, theſi 18. quicquid agunt impij id vult Deus fieri.

Zuinglius de prou. c. 6. vnum atq; idem fa-

facinus puta adulterium aut homicidiũ quantũ Dei authoris, maloris, impulsoris est opus, crimen non est, quantum autem hominis crimen ac scelus est.

Musculus loco comm. de desperatione. Eius desperationis quam finalem et incurabilem vocamus causæ sunt aliæ occultæ, aliæ manifestæ : occulta causa est reprobatio , sicut occulta veræ spei est electio.

Ruardus Acron. in Catech q. 45. creatos (homines) in peccatum labi & mortis reos fieri voluit Deus.

Beza aduersus Castell. colum. 3. argu. 1. hæc inter se mutua relatione cohærent, actio scilicet eorũ qui sanctos prosequuntur & sanctorum ab illis perpessio, vt qui hanc dicat Deum velle , illam vero tantum permittere, communis etiam sensus expers merito videri possit.

Martyr in 1. sum. 2. cum itaq; Deus gratiam & fauorem suum, peccantibus auferat &c. videri potest, causa non modo actionum humanarum. verum etiam defectuum atque priuationum, quæ ipsis inhærent.

Cal-

Caluinus Inſt 1.18.1. quod autem nihil efficiant homines niſi arcano Dei nutu, nec quicquam deliberãdo agitent, niſi quod ipſe apud ſe decreuerit, & arcana ſua directione conſtituat, innumeris & claris teſtimonijs probatur, quod antecitauimus ex Pſal. Deum quæcunque vult facere ad omnes actiones hominum pertinere certum eſt.

Idem in Geneſi cap. 41. hanc copulam tenemus à Moyſe poſitam, quæ futura ſunt Deum præſcire, quoniam ea facere decreuit.

Item de æterna Dei prædeſt. aliud mihi principium ſumo, quæ perperam & iniuſte ab hominibus fiunt, eadem recta et iuſta ſunt Dei opera.

Idem aduerſus Pighium de prædeſt. citante Beza contra Caſtell. Colum. 3 quod homo iniuſte perpetrat, vel ambitione, vel auaritia, vel libidine, vel prauo quouis alio affectu incitatus, cum Deus iuſto licet occulto iudicio per manum eius faciat, non poteſt in eum quadrare peccati nomen.

Beza contra Caſtell. colum. 2. ſupereſt, vt reſpondeam ad alterum quod quærere ſolc-

ſoletis, vbi nimirũ in libris diuinis ſcriptum ſit; Adamum non ſine decreto lapſum eſſe, cur vero mihi non liceat confirmãda illi rei, de qua quæritur, Pauli dictum illud afferre Deum omnia facere voluntatis ſuæ concilio. Eph. 1. 12.

Idem eodem libro de Aphoriſmo 1. 67. Deus energẽi, id eſt, efficaciter agit, ſeu efficit omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. Epheſ. 1. in quo Pauli dicto vniuerſalis particula nulla prorſus quantulacunq; exceptione reſtringi poteſt, &c. ſtat ergo concluſio Deum ipſum, prout illi libuit, ab æterno omnia futura decernere, ita quoq; illa ſuo tempore ſua ipſius efficacitate peragere ſicut vult.

Neque alia cauſa eſt, cur nobis tam varia, tam abſurda dogmata impingant, vitam optimorum criminoſiſſimè calumnientur, niſi vt auditores populumq; ab inquiſitione penitiorum placitorum, ad aliena ſpeculanda abducant. Vt ſua tegant, alios calumniãtur.

NONO. Omnium annorum etiam eſt fatalis inconſtantia. Initio duo Sacramenta Baptiſmum & cœnam anno 21. Philippus credidit. Anno 36. & Inconſtantia ſumma hæreticorum.

36. & 58. quatuor, Baptiſmum, Cœnam, Pœnitentiam, ordinationem.

Lutherus de captiuitate Babyl. aliquando vnum, aliquando duo, deinde tria, deniq; ſeptem concedi poſſe putat. De iuſtificatione nihil certius habét conſtitutũ, fidem bona opera cum fide, iuſtitiam Dei eſſentialẽ, alij alia, omnes diuerſa memorant. Verum de his quoq; añi ſinguli iudices erunt copioſi, & diſſenſionũ teſtes.

Carcere remedio aduerſum hæreſes ſignũ falſæ Eccleſiæ.

DECIMVM eſt in tantis malis ἀπορία, & omne irritum remedium id ſingulis annis animaduertent, nec vnquam alio modo quicquam effectum, quam principum iuſſu. In Catholica Eccleſia cũ error aliquis deprehenditur, mox præſto eſt auctoritas, qua refutetur, atq; opprimatur. Simonem Magum Petrus cum pecunia inferis deuouit. Nicolaitas, Cerinthum, Iudaizantes Concilium apoſtolicum damnauit Alexander, Sixtus, Papæ, ac martyres Baſilidem ac Gnoſticos perſecuti ſunt. Victor Quartodecimano ex ōmunicauit. Dionyſius Papa martyr, & Concilũ Antiochenum blaſphemias Samoſa-

Eccleſia antiqua hæreſeon aduerſaria.

teni anathemate perculit, Syluester, Marcus, Iulius, Conciliũ Nicenũ, Arij hæreſes, Damaſus & Synodus Cõſtantinopolitana Macedonij in Spir. ſanctum blaſphemias cõpreſſit. Neſtorius à Synodo Epheſina & Cœleſtino pontifice. Eutyches à Chalcedonẽſi, & Leone magno, Anthimus alijq; à Cõſtantinopolitana altera & Vigilio, Monothelitæ à Cõſtantinopolitana tertia & Agathone, Iconoclaſtæ à Nicena ſecũda & Adriano, ab eodẽ & Conſtantinopolitana quarta Photius à Leone nono, & Victore ſecundo, à Synodo Romana, Vercellenſi, Remenſi, Mogũtina, Wormatienſi Berengarius, à Conſtantianâ Hus, à Tridentina totum ſæculo noſtro feruens hæreſe n examen damnatũ eſt. Omni errori cognitio, omni blaſphemiæ iudex eſt datus, lata ſententia veritas in quo acquieſcat, habet. Senſus ſcripturarum verus proponitur, & peregrinis interpretationibus interdicitur. At verò nulla cõtrouerſia apud aduerſarios decidi poteſt, nulla omnino. Nam ex ſcriptura

Nulla hactenus hæreſis indemnata.

Ex scriptura sine eius interpretatione hæreses non satis refutantur.

ptura non posse iam exitus docuit. Ex millenis hæresiarchis pugnantia docentibus, nemo non clamat à se scripturam stare, quemadmodum ex mille litigantibus nemo non trahit in rem suam leges. Iam experientia docet, non posse sic controuersias decidi, quia hoc est κενόφωνον, vt discernatur quis sit verus scripturę sensus? Duo igitur modi supersunt, vel vt vi, vel vt disceptatione lites finiantur. Vi vtendum censuit sereniſſimus magnæ Britannię Rex, cum Ordinibus Hollandiæ scriberet, *vt Arminianos in herba opprimerēt*, sic varijs è locis Caluiniani Lutheranos pepulerunt. Verum id fieri non potuit; nam procerum animos, populumq; & arma tenebant. Disceptatione componere lites possunt, vel iuridiciali, vel arbitrariâ. Hanc posteriorem litigantes in Hollandiâ tentarunt. Bertius appellat ad Ecclesiam Lubecensem, Hamburgensem, Luneburgensem, Rostochiensem, Sundensem, Wismariensem, Brunsuicensem, Gribswaldensem, Dantiscanam.

Lites vi, aut iure finiendæ.

Hollandici ministri arbitros legunt.

canam. Cur verò Wittebergenſem, Ienenſem, Lipſienſem alias omitt re? an qua nimium adhuc Vbiquiſticæ videntur? Quid vero Crocius? *Allegaſti ſuffragia Eccleſiarum impurarum adhuc.* Vno ergo verbo tot Eccleſias reijcit; quia *impuræ ſunt.* Et ad alias prouocat, Heidelbergenſem, Marpurgenſem, Baſileēſem, in Germania: Geneuenſem, Nemauſenſem, Monſpelienſem, in Gallia: Londinēſem, Oxonienſem, Cātabrigienſem, in Britannia: Amſtelamēſem, Dordracenſem, Veſalienſem, in Belgio. Cum igitur in arbitros conſentire, non poſſint, neq; vnquam hactenus conſenſerint, opus eſt ſummum ius experiri, vt plena poteſtate iudex pronunciet, cauſa te cecidiſſe, illum viciſſe. Iudicem eiuſmod nullum agnoſcunt. Synodos tamen aliquando cogunt, ſed illæ controuerſias tollere ne quaquam poſſunt. Demonſtraui hoc l. de pace Germaniæ cap. 20. Satis ibi res explicata eſt etiam curioſo lectori, quia tamen, qui ex Hollandia Ephemeridas ſcribunt, Syno-

Lutheranæ Eccleſiæ Caluiniſtis impuræ.

Sine iudice controuerſiæ nō ſopiuntur.

dum futuram referunt, quid ea de re sentiam, exponendum duxi. Synodum itaque inter Remonstrantes & Contra-Remonstrantes, nec vtilem Reipublicę, nec Ecclesię eorum censeo.

Inutilis Synodus Hollandiæ

Prima causa est, quia in synodum venturus est, grex turpium virorum, mendacium, calumniatorum, hæreticorum, non est autem honesta Synodus in qua tales considunt: turpe autem fuerit in tam culta prouincia, Concilium Ecclesiasticum tam fœdum in publicum producere. Turpium dico gregem virorum, non ex communi ratione, quia negant honestatis præcepta seruare se posse; nec quia maior pars sunt Manichæi & Borboritæ, vt à Collegis vocantur, sed turpes voco sordidos, auaros, tam cupidos, vt pro aliis pellendis, suisque rebus stabiliendis animas negocientur. Mendaces, & calumniatores esse ipsi ordines iudicarunt, dum neutri parti credunt. Certe Greuinckhouius Consules, & Senatum Roterodamen-

Mali in Concilio multa turbant.

Mendaces Synodales. Mēdaciorum testes sunt Respublicæ.

Digitized by Google

mẽſem in teſtes vocat, ſuſpicionum, putidarum calumniarum, falſiſſimarum criminationum, *præfatione ad diſſert. cum Ameſio.* Denique quod omnia pacis conſilia turbat, alij ſunt aliis hæretici, imo *hæreticis peiores.* Idem Greuinckhouius in Epiſt. dedicat: *Huc tandem* (Rigidi Calumniſtæ) *erupere quo poterant furioſis in me vocibus debacchando, atq; euomendo virus, quod præimpatientia cõcoquere non poterant: Ia in triuijs, in tabernis, nouator, ſeductor, hæreticus, apoſtata, Ieſuita, aut ipſis Ieſuitis deterior audiebam.* Hæc in modem illum rigidi dicebant, durior ain Vorſtium, Venatorem, alios dicturi.

Admitti igitur in ſynodũ & Ieſuitę poterũt, meliores enim ſunt ſe peioribus.

Secunda cauſa eſt, quia Synodus illa eſt hominum indoctiſſimorum futura, quamuis forte deni, aut vicenì cultiores ſint, cætera turba tamen rudis eſt, & quod proprium eſt ignorantiæ, obſtinata. De Rigidis ait idem Greuinckhouius. *Sed tota ſpes* (Rigidorum) *erat in Presbyteris præſertim ruralibus illis idiotis, quos iſti ſibi aſſeſſores habent.*

Presbyterorum Belgarum ruditas quadrata.

Hos ergo ante alios sibi dementandos sumpsere, ne in posterum nobis integra esset, apud istos iudices, (nam hi quidem omnes causas Ecclesiæ cognoscunt, & dijudicant) defensio. Ac næ facilimum illis fuit, simplices illos, & quadratos auribus ducere quo vellent. Vnde tanta obstinatio eorum animis incessit, vt nes &c. ne audiendos quidem putarent.

Obsistere magistratui specie religionis gloriolum putant.

TERTIA causa, Barda illa iudicantium ruditas, non audiet doctiores, ne ordines quidem ipsos. Si Classis Bleiswicensis Ecclesiæ ordinibus opponere sese in tanta paucitate sua ausa est, quid faciet omnium rigidorum in vnam potentiam, vnamque audaciam collectus exercitus? Specimen dederunt, quod declarat Greuinckhouius in eadem Epistola. *Quum vir Clariss. D. S. Episcop. ad vestræ ditionis Ecclesiam Bleiswicensem vestra autoritate & totius Ecclesiæ consensu vocatus, eorundem auspiciis Classi de more examinandus sisteretur, nec vltra quid postularent D. D. vestræ, quam*

vt

vt examini adesse & coram interroga-
ta ac responsa audire liceret , nec hoc
quidem tantillum potuit ab istis impe-
trari: tantum interest, inter V. V. Do-
minationes, & vicanum quemuis pres-
byterum, vt illis ne quidem rerum sacra-
rum peritissimis, Sola auditio; huic etiãsi
idiotæ etiamsi Christianorũ dogmatum
ignorantissimo, iudicium quoq; concedа-
tur tanquam cæco de coloribus: Imò vero
ne istud quidem, quod dixi, postulatum
vestrum nõ modo æquissimum, sed & mi-
nutissimum præea amplitudine potestа-
tis, quã in Ecclesiam & Ecclesiastica quæ-
uis, tum diuino, tum humano iure tene-
tis; vix ac ne vix quidẽ istis dignum fuit
visum, cui aures præberent, cuius æqui-
tatem, rationes ac momenta singula ex-
penderent. Quid igitur? postquam intus
omnia turbando & Schisma minitando
iis fratribus, qui vestro huic postulato ac-
quiescendum censebãt, vestras Domina-
tiones iam trihorio amplius, foris præsto-
labundas detinuissent; tãdem ad ingres-
sum vestrũ, mox illi cõtra facto agmine,
nullo pudore, nulla cõspectus vestri reue-
rentia, indignabundi erupere, Iustam sc.

Idiotæ iudicant, docti ne audi requidẽ sinuntur.

Consistorium iubet Magistratũ foris præstolari.

nacti ansam desiderati schismatis: neq; enim ab eo tempore vllis rationibus, ac ne precib quidem fratrum moderatiorum ad classem reduci potuerunt aut eo induci, vt moderatiores illos, quos hactenus Symmystas veneratierant, deinceps fratres aut Christianos saltem agnoscerent; quin imo ne quam deinceps spem reconciliationis vllam relinqueret, solenni inter se decreto cauerūt, vno aut altero frustra reluctante, ne inposterum istos fratres, aut fratrum nomine compellarent: Et hoc, aut vestræ Dignitatis reuerentiores, aut causæ vestræ æquiores speremus in synodo: in qua quo frequentiores, eo animosiores congressi atq; inter se iunctis animis, & viribus complicati, quicquid decreuerint, id nobis quidem Sanctū & Canonicum habendum erit, vestri vero officij erit, *in cunctantes gladium seruiliter stringere.*

Schisma Calixtinianum.

Multitudo animos facit singulis

Imperiosi prædicātes

Quarta causa est, quæ toti prouincię inuretur ignominia. Tot idiotas, quadrato, Christianorum dogmatū ignorātissimos, cæcos de colorib iudices cōstitui, si exteræ nationes intelligant, multos enim synodalis ce-

Nunquam culta Hollandia asinorum synodum cōstituet.

lebri-

lebritas iã annos pene viginti exſpectata trahet, religionẽ veſtram penitus contemnent. Quod ſi doctiores duntaxat aduocandos cenſueritis. illisq; controuerſias diſceptandas cõmiſeritis, de illis tamen quanquam rerum ſacrarum peritiſſimis iudicabant vicani presbyteri, dogmatum Chriſtianorum imperitiſsimi. Sic apud Athenienſes dicebant ſapientes: iudicabant ſtulti.

In Synodo ignorantes iudicabũt.

Quinta cauſa eſt, quia de ratione agendi non conueniet: ſi pari numero, ac iure ſententias dicant Remonſtrantes, ac Contra-Remonſtrantes, pari etiam marte diſcedent, & in neutram partem victoria inclinabit, vtraque tamen pars victricem ſeſe iactabit. Et ne longe exempla petantur; ita in Collatione Delphenſi, & Hagienſi, factum eſt, acta collationum habeo, & libros poſt acta ſcriptos, quibus acta ita à ſingulis citantur, quaſi illis ſententiam ſuam euidentiſsime demonſtrauerint, atque aduerſariorum cõfutauerint. Quemadmodum

Poſt Collationem vtraq; pars victoriam canet.

igitur vtraq; pars clarissimè irrefragabiliterq; à se cõtra aduersarios stare scripturam, stare Delphẽsem, Hagiensemq; collationem asseuerat, ita quoq;, vt humana est φιλαυτία, Synodi gloriam, victoriamque sibi adscribat. Eaq; instantia asperatis animis certamina augebuntur.

In Synodũ non consentientes.

SEXTA causa est, tergiuersatio Remonstrantium, non Ministrorum modo, sed earum quoq; quas illi habent, ciuitatum: cum n. in initio ad Synodum trahantur, haud facile parebunt; & si eam disturbare non poterunt, differre, & comperẽdinare conabuntur. Nihil vero facilius est, quam in libera Republica conuentus, qui omnibus non placent impedire. Tardius venient Harlemenses, non venient Vltraiectini, nõ posse venire se protestabuntur Leidenses, cæteri Remonstrantium causabuntur absentibus illis agi nihil posse. Cur vero Synodum non probent Remõstrantes, causas reddit Caspar Barleus in Bogermanno ἐλεγχομένῳ, cuius verbal. de pace German. c. 20. retu-

retuli, ſumma eſt, reos fore, non iudices Remonſtrantes. Prudenter igitur fugiunt pugnam in qua pares eſſe non poſſunt. Atque ea in cauſa prudentiſſimorum Imperatorũ ſolertiam imitantur, qui cum pares prœlio ſe futuros diffidunt, bellum trahunt, Aut quamuis pares ſeſe fore confidant, ſi tamen vires ſuas acceſſione auxiliorum firmari, hoſtium dilabi, ac retro verti ſentiant, quieſcere & ſine periculo vincere malunt, quam in parem, dubiamq; aciem rem vniuerſam coniicere. Remonſtrantes quorum ante paucos annos vix notum erat nomen, intra ſexennium ad eam potentiam venerunt vt Contra-Remoſtrantes plurimis locis eiecerint, vinculis, exiliisque ſæuierint, ſi alios ſex annos tam proſperos ſortiantur, omnia ſub ditionem, etiãm Ambſtelodamum, excellentiamq; ſuam redigent. Poſſunt, quia poſſe videntur.

Remonſtrantes creſcunt, vbi plures fuerant, ſynodo rẽ tranſigent.

Septima cauſa eſt, quia ea in Synodo concludi nihil poteſt, quod ita eſſe non modo tot ſynodi Luthera-

Synodi decreta omnia incerta sunt.

næ, verum Collationes etiam Hollandicæ docuerunt. Quicquid enim in fauorem alterius partis constitutum fuerit, id alia pars rescindet. Manet enim omnium mentibus hoc alte fixum. Omnia illa decreta hominum esse, nõ modo natura imbecillium, sed etiam, vt ait Vorstius, mendacium: sine causa vero labor & sumptus impenditur, cum rebus incertis fides nulla conciliatur.

Edictis synodi incertis nemo opinionis suæ certus parebit.

Octaua ex hac sequitur causa, neminem scilicet fore qui synodo obediat. Cum enim omnes in opinione sua firmi sint, ac certi, eam nõ mutabunt, paucorum hominum decretis addicti. Germanię Principes sua lege religiones alias, atq; alias induxerunt, sed in populari regimine, quale est in Belgio, potentiũ imperio tantum nunquam tribuetur. Itaq; etiam post synodum erit omnium eadem, vt ipsi vocant, Prophetandi libertas, vt ego nomino, delirandi licentia.

Nona causa est, quia multa incõmoda in Republica consequentur. Nam

Nam primo omnibus constabit magistratum hisce dissidiis componendis imparem esse, quæres eius auctoritatē publicam iustitiam, subditorum confidentiam, amoremq; minuet, conuelletq;, sine his enim nulla Reipublicæ forma, minime autem popularis, consistere potest. Orientur quotidie contra magistratum querelæ, oblocutionesque ab eis, qui vel à ciuitatibus Arminianis, vel Rigidis prementur, & cum diu frustra querelas deposuerint, arma sument. Malum igitur graue cum est in Republica, quandiu fieri potest, cauendū est, ne eius magnitudo appareat: cum enim vires suas vident seditiosi, omnia legū repagula perfringunt. Sensim igitur dissensiones illas tollere, nō vno prælio decidere debēt Ordines. omnino enim diuersa ratio est eorum, qui prælio, & qui disputatione vincuntur: qui enim inacie succumbunt, leges facile, ac frenum, vt victi, capiunt, dictisque parent; victos enim se sine dubitatione sentiunt. Qui disputatione

Potestas ciuilis hæresi superata periclitatur.

Malum periculosum est tegendum quia cognitum improbos facit audaces.

tione vincuntur, non illi se victos iudicant, qui enim *velit ingenio cedere raruserit*, & quamuis conuictos se aliquando negare non valeant, pudor tamen iracundia, vltionis cupido, arrogantia ad acerbiora certamina propellit, neque vnquam nisi etiam metu victi cedunt. Ita quos disputatione deuiceris, armis vincendi sunt, vt tumultuari desinant.

Pressa Reipublicæ pars facile vicinos inuocat.

Aliud non minus periculum imminet, si pars aliqua pressa vicini Principis auxilia respectet. Arminiani neminem habent Principem cui se applicare valeant, nisi forte in articulo de Cœna Domini se Lutherianis conformare, atque adiungere velint. Rigidi iam dudum Magnæ Britanniæ Regem contra fratres suos aduocarunt, Germaniam, etiam Galliamque qua parte Caluiniana est, tenent. Illi igitur offendendi non sunt. Sed neque Arminiani durius habendi, etiam post synodum, populus enim eos, ciuitatesque sequuntur, vnum obstat Ambsstelodamum crescenti potentiæ,

tiæ, reliquæ enim vrbes minoris momenti ſunt. In illo tamen emporio cœtus habent, nec deſperant in reformatis Germaniæ Academiis, aulisque ſe fautotes breui habituros. Cum igitur quædam vrbium expetere ſynodum videantur aliæ ad hoc metu, aut blanditiis inductæ ſint, aliæ contra metum, precesque perſtent, non credo futuram ſynodum. Aut, ſi congregetur, inter initia cõtentionum eſſe diſſoluendam. Quod ſi perſiſtat, atque ad exitum deducatur, decretisque premat Reſpublicas, in ciuile bellum abiturã. Quid igitur conſilii? Quid, niſi periculum ſine periculo non vinci? Hereſis omnis in pericula Rempublicam ducit; nec poteſt iam hoc vinci, tolerandum eſt, atque id agendum vt cautiſſime excipiatur. Vulnus hoc tractari non vult, in primo tumore eſt: Hic veriſsimum eſt,

Arminiani optant Amb ſtelodamum & & Mauritium.

Deus hæreſeon defenſor non eſt, ideo in partes ſemper diſſiliunt.

Τὰ πολλὰ τολμᾶν πολλ' ἁμαρτανέιν ποιεῖ.

Qui multa tentant, multa peccant.

Hæ-

Hæresis res est ἀσύλακτος, in ordinem redigi non potest.

Catholicis constantia tot sæculorum contra profanas nouitates fiduciam præstat.

Hæc sunt ô Imperator Auguste, Reges, Principes, Respublicæ, populi, quæ merito lugere debent omnes; & quia manent, perseuerantque mala, non debent lacrymæ deprecatrices sisti, & quanquam magnas causas, plurimasque gaudendi omnes Catholici, habemus, meritoque Iubilæum celebrare, & festa indicere possumus, errantes deflere tamen malumus; duri enim esset, & ferrei plane pectoris, qui ad alienorum hominum inter fluctus pereuntium, quamuis ipse in portu consisteret, non ingemisceret.

S. Cyprianus ita Ecclesiã Romanam appellat.

Causa igitur prima gaudii est, ex Ecclesiæ Thesauro nobis Iubilæi concessa indulgentia, sic nos *Ecclesiæ Romanæ, Ecclesiæ forti in fide, Ecclesiæ ad quam perfidia habere non potest accessum, cuius fides est Apostolica, matrici Ecclesiæ, Ecclesiæ Principali, & Petri Cathedræ, à qua vnitas Sacerdotalis exorta est, conteſſeramur,* arctius

arctiusque adstringimur, missum nobis Iubilæum à Paulo V. *cum quo qui communicat, cum Ecclesia communicat, qui cum illo non communicat, cũ illa communicare non potest.* Ille nos ad lacrymas pœnitentiæ, ad ieiunia, ad orationes vocat, quæ disciplina Ecclesiæ, insigne est orthodoxiæ. Sed ipsum Patrem, & Pastorem audiamus.

Ecclesiæ primaprædicatio est tuba pœnitentiæ

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, vniuersis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ecce tribulationes apprehenderunt nos: Diaboli tentamenta grassantur in nobis. Quapropter merito nos tenet timor Diuinæ iræ: intelligimus enim pressuras, & angustias secundum peccata nostra venire, tantoque magis hæc nos formido conturbat, quod non semel vidimus gregis curæ nostræ commissi mala; ac personare nobis assidue videntur aures nostræ diuinis illis, ab Hieremia pronuntiatis vocibus; Frustra percussi filios vestros, & disciplinam non receperunt,

iterum

iteruauerunt vias ſuas, & malitiæ eorum non ſunt conſumptæ. Ita vt verendum ſit ne aggrauet iuſtus Dominus ſuper nos manum ſuam, & cognoſcamus quam amarum ſit eum in iniquitatibus prouocare. Quamobrem placemus Dominum in amaritudine animarum noſtrarum, & offerentes Deo ſacrificium contriti cordis, & Spiritus humiliati, amplectamur in ieiuniis & lacrymis veram pœnitentiam, concludamus Eleemoſynam in ſinu pauperis vt hæc pro nobis exorent ad Dominum, ipſe enim viſitat facinora in virga, & in flagellis delicta, miſericordiam vero ſuam non diſpergit à nobis. Hanc miſericordiam vt conſequamur, ad tribunal gratiæ, cum fiducia nos adire oportet vnanimi oratione; memores multum poſſe apud Deum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Patrem miſericordiarũ, vnanimes voluntates & concordes preces; Dominum enim dixiſſe nouimus. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cœlis eſt. Hoc autem vt fructuoſius, & maiori cum ardore peragatur, ex veteri Eccleſiæ

Venit pōtifex peccatores vocare ad pœnitentiam.

tleſiæ Romanæ omnium Matris, & Magiſtræ more, in præſentibus neceſſitatibus ad eiuſdem Eccleſiæ theſauri largam diſpenſationem pro noſtro Paſtorali officio cõfugiendum duximus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & filii, & Spiritus Sancti, omnes & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſti fideles tam in Alma Vrbe noſtra, quam alibi vbique locorum conſtitutos, auctoritate Apoſtolica paterne, enixeque requirimus, mqnemus & in Domino adhortamur ad infra ſcripta deuote peragendum, & ad implendum, & ad pias, ac feruidas ad Altiſſimum preces effundendum, vt per viſcera miſericordiæ ſuæ Eccleſiam ſuam exaltare, eamque ab hoſtium conatibus, & inſidijs defendere, hæreſim extirpare, Principibus Chriſtianis pacem, & veram Concordiam donare, ac præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubuenire dignetur. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, eius auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſoluendi poteſtate, quam nobis Dominus, meritis licet minime ſuffraganti-

Veri paſtoris ſincera vox.

bus, contulit, vniuersis, & singulis Christi fidelib. in Alma vrbe prædicta degentibus qui solennib. processionibus, quas Capella nostra publica Palatii Apostolici ad Ecclesiam S. Petri in vaticano feria quarta, ab Ecclesia S. Mariæ Angelorum ad Ecclesiam S. Mariæ Maioris feria sexta præsentis hebdomadæ vna cum venerabilib. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Christianorumq; Regũ, & Principũ apud nos, & sedem Apostolicã Oratoribus, omnibusq; Prælatis, & Proceribus, vniuersoq; clero, & populo agemus, inter fuerint, vel qui præsenti, vt præfertur, vel sequenti hebdomada easdem S. Petri, & S. Mariæ Maioris Ecclesias, vel illarũ alteram saltem semel visitauerint, ibiq; deuote, vt supra, Deũ orauerint, ac feria quarta, & sexta, ac Sabbato eiusdem præsentis vel sequentis hebdomadæ ieiunauerint, & peccata sua confessi in primo die Dominico, vel secundo, vel saltem alio dictarũ hebdomadarum die Sanctissimũ Eucharistiæ Sacramentum reuerenter susceperint, & Eleemosynas ad libitum, prout charitas singulis suggesserit, fecerint: cæteris vero omnibus,

Bona est oratio cum Ieiunio, & Eleemosyna.

bus, & ſingulis Chriſti fidelib. extra vrbem exiſtentibus in quibuſuis ciuitatibus, Terris, & locis, qui proceſſioni ab ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, ſeu officialibus, vel de eorum mandato, & ipſis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima vel ſecunda hebdomada, poſtquam ad eorũ notitiam hæ noſtræ literæ peruenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Eccleſiam, ſeu Eccleſias per eoſdem deſignatas, ſaltem ſemel viſitauerint, ibiq; vt ſupra Deũ orauerint, ac Feria quarta, ſexta, & Sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eiſdem deputandis ieiunauerint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac Sanctiſſima communione refecti fuerint, & eleemoſynas ſimiliter pro arbitrio ſuo fecerint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, ſicut in anno Iubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra & extra vrbem concedi conſueuit, tenore præſentium concedimus, & elargimur. Nauigantes vero, aut iter agentes; vt eum primum ad ſua ſe ſe domicilia receperint, ſupradictis omnibus peractis, vt ſupra, eandem Indulgentiam conſequi

peregrinorum, captiuorum, & miserorum cura inter primas boni pastoris est.

possint, & valeant; Regularibus autem personis vtriusque sexus in Claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam religiosis sæcularibus, seu regularibus in carcere aut captiuitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocunq; impedimento detentis, qui super expressa, vel eorum aliqua præstare nequiuerint, vt Confessarius quẽ, vt infra elegerint, prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus. Cupientes autẽ omnes Christi fideles participes fieri huius pretiosissimi thesauri, vniuersis, & singulis vtriusque sexus, tã laicis, quam Ecclesiasticis, sæcularibus, & regularib. cuiusuis ordinis, congregationis, & instituti licentiã concedimus, & facultatem damus, vt sibi ad hũc effectum eligere possint quemcunq; Presbyterum Confessarium, tam sæcularem, quã cuiusuis ordinis regularẽ ex approbatis à locorum ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspen-

pen-

penſionis, & Eccleſiaſticis alii, ſententijs, & cenſuris à iure vel ab homine quauis cauſa ſatis, ſeu inflictis, nec nõ ab omnib. peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quantumuis grauibus, & enormibus, etiam locorũ Ordinariis, ſiue Nobis, & Sedi Apoſtolicæ etiam in literis die Cœnæ Domini legi ſolitis cõtentis, atq; aliis per quascunq; Rom. Pont. prædeceſſorum noſtrorũ conſtitutiones, quarũ tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodocunq; reſeruatis in foro conſciẽtiæ, & hac vicè tantũ abſoluere & liberare valeant. Et inſuper vota quæcunq; (Religionis, & caſtitatis exceptis) in alia pia, & ſalutaria opera cõmutare iniuncta tamen eis, & eorũ cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus pœnitentia ſalutari, aliisq; eiuſdem confeſſarij arbitrio iniungendis. Quapropter tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ d ſtricte præcipimus, & mandamus omnibus & quibuscũq; venerab. Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis, & quibuſcunq; ordinarijs locorũ eorumq; Vicarijs, & officialibus, velijs deficientibus, illis qui curam

animarũ excercent, vt cũ præsentium litterarũ transumpta aut exempla acceperint, illa statim absq; vlla mora, retardatione, vel impedimẽto per suas Ecclesias, & Diœceses, prouincias, ciuitates, Oppida, Terras, & loca publicẽt, & publicari faciãt, & Cleris, ac Populis sibi subiectis solemnes processiones, & supplicationes indicant, & celebrent, Ecclesiamq;, seu Ecclesias visitãdas designent. Non intẽdimus autẽ per præsentes sup aliqua irregularitate publica, vel occulta nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quo quo modo contracta, dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ. Neque etiam ijs, quĩ à nobis, & sede Apostolica, vel ab aliquo Prælato, seu Iudice Ecclesiastico excõmunicati, suspẽsi, interdicti, seu alias in sentẽtias, & censuras incidisse, declarati vel publice denũtiati fuerint, nisi intra tẽpus celebrationis huiusmodi Iubilæi satis fecerint, aut cũ Partib. concordauerint, vllo modo suffragari posse, aut debere. Non obstantib. cõstitutionibus, & ordinationib. Apostolicis

licis, præsertim quibus facultas absoluendi incertis tunc expressis casib. ita Romano Pontif pro tempore existenti reseruatur, vt nec etiam similes, vel dissimiles Iubilæi Indulgentiarum, & facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula nostra de non concedendis indulgētiis ad instar, ac quorumcunq; Ordinū, & congregationum, siue institutorum regularium, iuramento, & roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem ordinibus, & cōgregationibus atq; institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis quibus omnibus, & singulis etiamsi de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, nō autē per clausulas generales idē importantes, mentio aut expressio habēda, vel quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis, & formā eorum traditā pro seruata habētes, hac vice dumtaxat specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præ-

ſentium derogamus, cæterisq; contrarijs quibuſcunq;. Vt autẽ præſentes noſtræ quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam facilius deueniãt, volumus, vt earundem præſentiũ tranſumptis, vel exẽplis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, vbiq; locorũ & gentium, eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis literis, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctã Mariam maiorem Anno incarnationis Dominicæ. M. D. C. XVII. Pridie Id. Iunij, Pontificatus Noſtri Anno 13.

Hæc à nobis ad peccatorũ remiſſionẽ poſtulat Deus. Vos autẽ, quibus nóua potius, quam vera, & blãda magis, quam fortia placuerunt, ſola, ſola fides vtramq; paginam facit, & vt ex errorũ magiſtris didiciſtis, ſi in medio flagitiorum feruore veſtra vobis peccata remiſſa credatis, mox ad motum fidei vel minimum, debita omnia præterita, præſentia, futura, clementia iudicis cœleſtis inducit.

Hæreſis pulullos ſub omni cubito cõſuit.

Altera cauſa eſt, cur inter lacrymas, preces, ieiunia, humicubationes, &

flagella

flagella, consolationem veri, & solidi Iubilæi percipiamus, quia nostro Iubilæo piorum maiorum, sanctorumque patrum, & martyrum non damnatur fides; omnia vestra gaudia execrationes, damnationes, iniurias, contumelias vestrorum parentum continent. Quid enim conciones illæ & inuectiuæ in Papam, & orbem Catholicum vniuersum continent aliud, quam parentum vestrorum, quorum hæreditatem adijstis, dedecora? Clamor ille, & vox stentorea, nunquam clarior, quam in conuitijs, hoc agit, vt doceat parentes vestros fuisse non Christianos, sed Antichristianos. Nec tamen abest Nemesis, sed celeri vindicta ἀσωρίᾳ illa plectitur, haud mitius Lutherum, & Melanchthonem discipuli, Lutheranos Caluiuistæ, Noui Arminiani veteres Zwinglianos excipiunt, & longius etiam suos patres, quam vos quondam auos eorum traxistis. Iustum est nostrum gaudium, vestrum in antecessores est iniurioſum. Antichristianos nos dicitis, at nos de errore ve-

Gaudia hæreticorum contumelioſa ſunt maiores eorum, ſanctoſque patres.

Cum diu clamarũr, hoc vnum conſecuti ſunt, vt parentibus infamibus ſe ortos fatentur.

ſtro, & malignitate doctorum veſtrorum lacrymas fundimus. Et quare ſumus Antichriſtiani? An quia cum Paulo V. communicamus? at cum Romano Pontifice Ignatius Martyr, Iuſtinus, Polycarpus, Ire-

Martyrum communio teſſera eſt orthodoxiæ.

næus, Dionyſij. Athanaſius, Cyprianus, Hilarius, Baſilius, Nazianzenus, Nyſſenus, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Epiphanius, vterque Cyrillus, Auguſtinus, Vincentius, Fulgentius, Benedictus, Maximus, Eligius, Damaſcenus, Anſelmi, Germanus, Bonifacius, Rabanus, Anſcharius, omnes illorum temporum Eccleſiæ communicarunt. Si igitur nos illa communio facit Antichriſtianos, cum in pari crimine, noſtra, qui eorum veſtigia ſequimur, non debeat deterior eſſe conditio, quam ducum atque auctorum: aut nos cum illis tam atroci crimine abſoluite, aut illos nobiſcum pariter damnate. Non parcitis illis, dum tam magna, & ſancta nomina inferis deuouere propter populum formidatis, quia per noſtra

latera

latera insidiosè eorum famam sauciatis.

Ecce facta vestra. Quia pro defunctis sacrificium offero, à vobis Antichristianus habeor. Sed obtulit Augustinus pro matre Confes. 12. obtulit tota vetus Ecclesia. Imagines non exuro, nec comminuo. Si pecco, illa Ecclesia quæ à Tertulliani tempore ad nos manauit, exemplo fuit. Sacrificium & Sacerdotium proprie dictum agnosco. Tota mecum sentit antiquitas. Sic per omnes controuersias eamus, & certo certius inueniemus, pro omni errore quẽ nobis affingitis, multa millia sanctorum stare: breuior sum, quia hoc l. 2. de pace Germaniæ capit. 17. & sequentibus demonstraui.

Nostra causa, & veteris Ecclesiæ eadem est.

Cur igitur me allatratis? præceptores meos, patres meos, quos mũdus persecutus est, producere non audetis? Dico me de mea iustitia perseuerantiaq; certum non esse. Quid hic Paræus? ἀπορία *seu dubitatio papistica est desperationis officina, & barathrũ infer-*

Auctores vt sanctos venerãtur, discipulos damnant.

inferni: est pestilentissima; est argumentum Antichristi, est vestibulum inferni, cum fide consistere non potest. Certus, certus esse debes, nulla te peccata à salute alienum factura. Quid commerui, vt tam inclementer habear? an ego ex arcano Trinitatis decreto fata mea videre possum? Dubitat Petrus Bertius, & doctior Hollandiæ pars, & tamen adhuc fratres appellantur, dubitant nobilissimæ ciuitates; & proceres Hollandiæ; sunt igitur & illi Antichristiani; dubitat Isaacus Casoubonus olim Parisijs celeber; deinde in Anglia famosissimus: nec modo ipse dubitat, sed veteres patres dubitasse sentit, & plus illi, vtpote historico, quam tibi credam. Ad Bertium scribit in hunc modum. *Tua quæstio, (de apostasia sanctorum) pendet & alia, vel alius potius, de quibus video nostros contraria docere antiquis Patribus: ridicule faciunt qui hoc negant. Multa in eam rem haberem de quibus tecum agerem, si vna essemus, quæ scribere non est ère. Pelagianissmum sunt, qui fugiant, quum non videant se transi-*

Fatentur ipsi se contraria antiquitati docere.

transire in partes Manichæorum, palam & manifestè: Fugiamus illa abrupta. Non solum moralis virtus, sed etiam vera pietas posita in medio est: qui deserunt, incidunt in Scyllam, cupientes vitare Charybdin. Ego ita comparatus sum, vt consensum primæuæ Ecclesiæ magni faciam.

Et sane Bertius ita veteres docuisse demõstrat, vt qui id negat, etiam negare possit, meridie liquere.

Vos autem cum pristinas tenebras, recentem lucem hyperbolicè extollitis, dum vetera criminamini, vestra laudatis, nonne aliquando toto corpore, cunctisq; artubus contremiscitis, cum vobiscum consideratis, cunctam vos retro Ecclesiam, Confessores & Martyres in hæreticorum censu ponere. Iudicio Heidelbergensium Arminiani in barathro inferni versantur, quia dubitant.

At scriptura nititur nostra fides, non dictis hominum; atqui illud est, quod tertio loco pro nostra consolatione, contra vestros thrasonismos adferre constitui. Libro secundo de pace Germaniæ, c. 16. ostendi calumniam esse, cum contemptæ scriptura omnes vtuntur, sed vni soli parti prodest.

pturæ

pturæ arceſſimur, quia ad antiquitatis teſtimonia, autoritatemq; appellamus. Nunc amplius addo, Nos ex ſcriptura ſummam firmitatem, fiduciamq; haurire, vobis eam nihil conferre, niſi vt iudicio veſtro damnemini. Nam primo. Varios libros ſcripturæ non admittitis, ne eos quidem quos cõſenſus Eccleſiæ recepit. Deinde in ſacris libris errores, & mendacia eſſe Doctores veſtri concedunt, vt initio ex Vorſtio docui. Quę Lutherus de ſcriptura varijs locis habet, non produco, videatur. Tom. 2. Witt. fol. 121. a. Tom. 4 fol. 135. a. & T. 2. fol. 121. a. & fol. 313. b. & 240. b. & fol. 391. b. & fol. 440. b. T. 5 fol. 562. Denique vtcunq; elementa, membranaſque teneatis, vero ſenſu deſtituti eſtis. De verbis niſi in paucis certamen non eſt, de interpretatione quæritur, hanc nos in Eccleſia infallibilem agnoſcimus, vos in omnibus hominibus non niſi fallacem fateri debetis. Oſtendi & illud libro de Synodo, & vnione Euangelicorum, ſcripturam ingeminatis: ſed glo-

Solis Catholicis ſcriptura confert.

Scriptūrã hæreſes contemnunt.

riatio

riatio veſtra euanuit. Nos enim ſcripturæ, quæ immutabilem veritatem complectitur, ſententiam quærimus. Cur diſſimulatis controuerſiæ ſtatū? & nos apud imperitam plebeculam velut ſcripturæ contemptores traducitis? Nos primæ veritatis, & immenſæ maieſtatis decreta veneramur, atque ita ſuſcipimus, vt pro vno iota ſacratiſſimorum voluminum eculeos, & rogos aſcendere parati ſimus. Atquia in illis multa ſunt difficilia intellectu, ſtudio, precibus lacrymis, iudicio ſanctorum patrum, conciliorum, Pontificum, ſenſum inquirimus. Rem ita proponam, vt ſi mihi non creditis, miſerrimos hominum vos ipſi iudicare neceſſe ſit. Quæritur, *quæ fides iuſtificet?* Quis ſenſus, *Fide iuſtificamur?* Pareus Heidelbergæ pronunciat? *Fide indelebili, fide qua certi ſumus prædeſtinationis, fide quæ eſt inſtrumentum ſalutis accipiendæ, non vt eſt opus. Alia fide impoſſibile eſt ſaluari. Fides illa ante pœnitentiam iuſtificat.*

Scriptura communis eſt, ſenſus in controuerſia eſt.

Senſus ſcripturæ non vnius priuati iudicio æſtimandus.

Re-

Tres duorum verborum interpretationes diuersas hæreses efficiunt.

Remonstrantes Belgici: *Fide iustificamur, vt est opus, fide debili, fide qua tamen de prædestinatione certi non reddimur.* Toto mundo Belgica fides differt à fide Heidelbergensi. Nam illa iustificatio non præcedit pœnitentiam. Lutherani: *Fides iustificat, fides delebilis, fides, quæ certos facit de salute.* Sunt tamen plura inter eos dissidia. Verum hæc missa faciamus. Multa millia Parei interpretationem, plura Lutheranam, nec pauci Belgicam accipiunt. Eadem vbique verba, par in omnibus interpretandi fiducia: neque enim illorum quisquam est, qui non hoc agat vnice, vt nihil minus facere videatur, quam de sua interpretatione dubitare. Sed pronũciata omnino sunt contraria, & consequentiæ etiam in mores omnino diuersæ deducuntur. Nunc in disceptationẽ ite, & verum sensum mihi dicite. Nullum certũ criterion, nullã causam motricem dabitis, cur Pareo potius, quam Bertio, aut Lutheranis credatis. nam quod Heidelbergenses auditores Pareo, Batavi Bertio,

Pareus dicit Remonstrãtes esse in barathro, Lutheranos dicere αὐτοσχεδια.

tio, Saxones Luthero credunt; non eſt iudicij, ſed fortunæ, quia occaſio, locus, ſocij illos ad illam ſententiam impulerunt. Vnde igitur noſtis illum vera dicere, alios errare? Si auctoritati ceditis, id quod in nobis ſoletis reprehendere, committitis. Si veſtro iudicio rem deciditis, iam veſtra nobis auctoritas, non diuina, eſt authentica. Deus dicit, *Fide iuſtificamur*, veſtra interpretatio apponit, Fides indelebilis: non vt opus, ante pœnitentiã, fiducia certiſsima prædeſtinationis iuſtificat. Hæc, (dicetis) colligimus ex alia ſcriptura. Sed alia illa ſcriptura ancipitem & ipſa ſententiam habet, quæ in diuerſa trahitur. Itaque alius iudex eſt, quæ dicit hunc verum eſſe ſenſum, illum falſum. Nulli homini credere tantam rem poteſtis, ſcriptura in ſe ſpectata huic illud, alteri aliud ſignificat. Supereſt hoc, vt priuato veſtro ſpiritui fidatis. Vnde ſcis Pareum recte, Bertium prauè interpretari? Ita mihi videtur; Sed cur ita videtur? Quia Pareii interpretatio con-

Vnde eſt inter varias interpretationes delectus?

Credendi cauſa ſectariis nulla eſt.

formior videtur: Sed cur hoc videtur? Magna debet esse causa, insignis cognitio, vt Pareum Christianum, Bertium in fidelem iudices. Grande momentũ mouet, vt salutem tuã Pareanę interpretationi addicas? Quid est illud tam magnum, tam euidens? tam efficax? Non sunt verba scripturæ, non est persona interpretis, tuum igitur iudicium, tuum arbitrium, tua electio, hoc est, tua hæresis facit, vt credas fidem esse indelebilem, adeoque non est illa vera fides, sed inane fidei irritamentum. Sed neque scripturam ipsam sartam tectam conseruas. Credis Euangelio, credis veteri testamento, & prophetis? At nec græcè nec hebraicè nosti, non ergo quod nec audis, nec legis, intelligis, at lego latine, aut Germanicè. Sed vnde scis hunc librum latinum aut Germanicum, à Luthero, Caluino, Tigurinis, Beza, Iunio & Tremellio rectè conuersum? Potuit interpres errasse, homoenim fuit. Tu igitur certus esse non potes. Quod si etiam cum Vorstio, Caluino, alijs dicas

Omnis hæreticus in eo quod sponte elegit manet.

Versionẽ hebræas scripturæ authenticam esse, non est in scriptura. Vnde hoc credis?

cas ſcripturã errata,& mendacia cõtinere, iam omnis tua fides euanuit.

Nos verò conditione multo meliore ſumus. Sentẽtiam diuinorum voluminum accipimus ab Eccleſia, cui ipſa eloquia tradenti credimus. Non hominum curioſa, vel funioſa glorię cupidine, in quæſtiones ebullientiũ vanitati ſubiicimur: vniuerſalis Eccleſię iudicio & praxi acquieſcimus, tot Martyres Epiſcopos, conciliaque generalia audimus, & quia ſenſum ſcripturæ, cum ipſa ſcriptura ab illis conſtanti iudicio, vſque continuo traditione fidei accipimus, nec nobis noua, quæ ſentiamus, eligimus: ideo hæretici non ſumus. Deus lumen cordium, miſerere tantæ cæcitatis, da gratiam, vt à ſuis cogitationibus abeant, tuæ voluntati obſecundent.

Cui credis ſcripturam tradenti, crede interpretanti.

Adiungam & aliam cauſam, de qua iam dudum ploro, & defecerunt oculi mei præ lacrymis meis. Obiicit Iacob. Andreæ quinquies nõ magno interuallo mutatã in Palatinatu religionem: obiiciunt illi, id iam quater

Diſſenſio capitalis aduerſa eſt errantium fiduciæ.

cos esse putaui, omnia illis, publica, arcana, communia, postquam vero legi in Colloquio Hertzbergensi Selneccerum dicere. *Ita amaui Philippum præceptorem, vt Parentem meum, & in eodem cum ipso cubiculo dormiui, volui etiam defendere consensum Philippi & Lutheri*, Aber ich kan nicht fürvber / Wir sind allzustarck vberzeugt. *Habeo socerum M. Danielem Gresserum, Senem, cui dedit Philippus, conciones Principis Georgij Anhaltini de cœna: & dixit* Herr Daniel *legite illas conciones* jhr werdet viel Gäuckeley darinnen finden. *Princeps Georgius etiam locutus est cum Philippo de cœna qui respondit.* Mann lasse mich zufriden / komme ich herauß / so will ich dem Faß den Boden außstossen. *Dixit Princeps*, Herr Daniel so thut er vns allezeit. *Ideo non accusate nos quasi diuellamus Lutherum & Philippum, vtinam mansissent coniuncti de doctrina.* Ita censor, & laudator concionum principis, eas suis commendabat interioribus amicis.

Philippus duplici corde & duplici ore.

Ludibrio principes habent quos pietatis specie illexerunt.

Postquam hæc legi, obstupui esse hominem, qui tanto ingenio, tam diu simulare potuerit, & principem illum conciones scribentem pro Lutheranis, & Philippo exhibētem naso ducere, & aliis ridendum propinare. Quia vero mentio eius Colloquij incidit, opere precium fuerit illud legisse, præsertim à pag. 81. vbi Iacobus ait: Aber sonst soll die formula sein *generalis correctio omnium aliorum scriptorum*, cum illi respōdet M. Amlingus: *Ego subijcio illa omnia iudicio Ecclesiæ.* D. Chemn. ait: *Sed quid interea fiet? Necesse est me certum esse de doctrina, alias nec ego possum rectè credere, nec Ecclesiam docere.* Et paulo post. *Quod autem dicitis*, Man solle bleiben bey der Augspurgischen Confession / *apologia, Schmalcaldicis articulis, tunc posse retineri corcordiam. Respondeo:* Wir hettens wol können leyden / *si hac ratione pax in Ecclesias nostras restitui potuisset*, Aber es ist nicht müglich gewesen / Controuersiæ sunt notæ: *libri sunt in omnium manibus.* Et paulo post, *Quarto dicitis,*

Nisi formulæ Bergensi subscriberent, non erant certi.

Quicquid ante concordiam fuit, ad pacem non sufficit.

citis, fore, vt Ecclesiæ nostræ per hunc librum deformentur apud Papistas, Günstige Herren / wenn die Spaltung alle heimlich weren / vnd wenn man sie hette können verschweigen / wie gern wolten wirs gethan haben? *Sed libri Papistarum & Caluinistarum pleni sunt, de illis nostris certaminibus.* Solte man sie nun in *suspenso* lassen. Vnd vnser Kirchen solten nicht wissen / was recht oder vnrecht wehre / *male cum illis ageretur. Omnino ergo opus est decisione. Si Papista obijciat nobis aliquam controuersiam inter nostros, potest ex libro responderi, heus, hæc est nostra sententia, de illa controuersia.* Das ist recht / jenes ist vnrecht. *Hæc est mens eorum, qui addicti sunt Augustanæ Confessioni, de illis controuersiis. Ita non deformantur Ecclesiæ nostræ, hoc libro, sed ea tanquam spongia aspergines absterguntur, & consulitur posteris.* Solten die alten Lehrer / so noch wenig in den Kirchen hingestorben sein / da würdet jhr junge *Theologi* vber zehen Jahr ein seltzame *Theologiam*

Oro, obtestorq; hæc legite inter iubila.

Ante librū Bergēsem non poteratis dicere papistis, Heus, hæc est nostra sententia:

Ex tripode mera fundit oracula

machen. *Quod ad Decretum Naumburgense, ac Francofurtense attinet, scitis quid sit factum.* Die Pfaltzgräffischen (*Boquinus*) sagten sie kämen allein dem Naumburgischen vnd Franckforeischen Abschied nach/ *Quod introduxerunt Caluinismũ in illam ditionẽ, sicuti decreta illa talia sunt, vt etiam à Zvinglianis approbentur. Ita Bremenses sub illo prætextu*, Deß Naumburgischen vnd Franckfurtischen Abschieds/ *Sacramentarij facti sunt.* Vnnd wer die *Primas Partes* gehabt / das wissen die Herren wol.

Quid igitur nunc annum sæcularem obtruditis, cum ante Concordiam Bergensem certi nihil esset in vestris Ecclesijs? à concordia igitur Iubilæum auspicamini.

Cõcordiæ liber apud paucos in precio est.

Nesciuerunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulãt, & tenebris pellere tenebras conantur. hoc solum verè dicunt, cum mala sibi ominantur; nam & iuniores Theologi nouam Theologiã quotidie inducunt, & vbi adhuc Concordiæ liber seruatur in speciem non consentiũ affectu,

fectu, sed mandatis pœnisque principum, noua barbaries indicta est, vt prædixit Amlingus. A Witteberg. sibus accusantur Theologi Lenenses, quasi præcipuos fidei articulos fæde lacerarint, & euerterint: hi illos vicissim arguunt: fundamentum Confessionis Augustanæ *pertrudisse*, *inuertisse*, *euertisse*. Verum hic finem faciam cum intellexero, quinam vere Iubilæum celebrent, neq; enim cum hæreticis communia gaudia agitare orthodoxi volent. Et mallent credo Lutherani quiescere, quam cum Caluinianis, quos incarnatos Diabolos iudicant, eodem in Choro psallere. Nulla igitur fuit Concordia, ante Concordiam Bergensem, sed illa, vt dixi, discordias ingentes effecit, & Caluinismo viam aperuit, multi enim subscribere renuerunt, multi subscriptionem reuocarunt, vt VVittenbergenses; multi in hodiernum diem contra disputant, vt Brunsuicenses, Helmstadienses, plerique compulsi sunt subscribere.

Bella ciuilia cruentissima, & cum vicinus prædicans imminet prædicanti.

Id ipse Lelserus est expertus.

Narrat

Narrat in Colloquio Hertzbergenſi M. Amlingus guſtum in hunc modum. *Ante annum, cum quidam mercator cum auriga iret ad nundinas Zerueſtanas, Theologi quidam conuenerunt in via, in diuerſorio, quo etiam Monachus venit, interrogans concionatores illos, vbi fuiſſent? Reſponderunt, ſe coactos eſſe ad ſubſcriptionem Formulæ Concordiæ. Reſpondit Monachus, Ei, conſcientia non debebat cogi. Reſponderunt Concionatores.* **Ja wir haben Weib vnd Kindt/ wie ſolten Wir jhm thun?** *Ibi Monachum per totam menſam riſiſſe. Eſt vera hiſtoria.*

Libertatem prædicant, vbi vires contraxerint, ſuperbedominantur.

Monent quidem Heidelbergenſes formulæ multos ſubſcripſiſſe, ſed quia eam non legerint, nec tamen ſatis reſponſum eſt, cum Concordiſtæ pleriſque tantum dies quatuordecim inducias conceſſerint. Concordia igitur illa non eodem modo accipitur, deinde ab Electoralibus fere Saxonibus, & paucis vicinis tenetur, diſcordibus tamen animis. Secundo, quod mireris, inter Concordiberg

Concordiæ liber in Electoratu fere ſolo, non toto.

dibergenſes habitant, nõ modo plures Caluiniani, ſed Maioriſtæ, Adiaphoriſtæ aliique ex Luthero nati ſectarii. Tertio, Formula illa eſt correctio omnium librorum, ideo non alii ſcriptores, niſi ſolus Lutherus tanquam heros citatur. Sed tamen librum illum repugnare Luthero multi Lutheranorum, omnes Caluiniani, conati ſunt oſtendere.

Nemo Lutheranus tempore Concordiæ, Brentius Luthero proximus repudiatur.

Quarto. Ne Lutheranorum quidem aliquis qui ante Concordiam libros edidit, cum Concordia plane concordat, ne ipſe quidem Iacobus Andreæ, qui profitebatur ſe dãnaturum, ſi quid contra Concordiã ante à ſe editum deprehendiſſet. Qui igitur, Concordiam ſequimini, non an. 1617. ſed 1680. Iubilæum celebrare debetis. Nulli enim ante id ſenſerunt, quod vos creditis, ne ipſe quidem Brentius, quem tamen Concordibergenſes Philippo præponunt, & ſecundum à Luthero faciũt, Nam errores Brentii Concordia manifeſte reprehendit. De Colloquio Quodlinburgẽſi ante memini, teſta-

teſtatur Oſiander ſchiſma illud in hodiernũ vſq; diem manere, atq; adhuc tumere in controuerſias anno 1604.

Cum igitur omnia frequenter mutata ſint, cum Doctores varii, & alii alios damnent, neceſſe eſt vel omnes, vel maximam partem errare, vnam ſolam partem vera dicere, vni ſoli ius Iubilæi concedendum, illi, qui probare poteſt, anno 1517. fidem ſuam, qualis nunc eſt, in aliquo hominum fuiſſe. Quod tamen cum fecerit, non inani lætitia exultabit, ſed fletibus ſe dabit, poſtquam initia fidei ſuę viderit tam ſera. Quid enim ſi non eſt ſincerum, quod nouum eſt, quæ lux illa, quæ poſt quindecim ſæcula primum exorta, ſalutem promittit? vna ætas poſtrema, tot antecedentibus, quęque Apoſtolis, & Chriſto vel tempore, vel fidei traduce conuinctæ, & connexæ ſunt, præiudicare non debet. Siſtite paulisper celeuſmata, & dolores Ambsdorffii auribus haurite. Conuenit lætos cauſam audire triſtitiæ, & ventis nimium ſecun-

anno 1517. quis fidem habuit, quæ anno 1517 prędicatur vnum dari viciſtis.

ſecundis turgida vela contrahere. Islibr. de aperta fidei confeſsione. **Es wirdt nicht beſſer / ſonder immerdar ärger / Es leſt ſich alſo anſehen / als wolte daß Euangelium bey vnß gantz zu grundt gehen / vnnd daß wir an Stadt des Euangeliums / Eytel kräfftig Jrthum vberkommen werden.** *Nihil, ait, in meliorem ſtatum reduci, omnia labi in deterius; videri Euangelium eorum breui funditus interiturum, & homines pro Euangelio efficaciam erroris accepturos.* Id iam contigit; ſæpius errores interierunt, ſed aliis erroribus penſati ſunt; ſecutæ ſunt opiniones diuerſæ, neutiquam meliores. Hoc etiam maiore malo, quod mutatione ſua facile deprehendi poſſunt, ideoque ſine venia errant, qui toties mutant errores. Deus bone, quot millia animarum, iurare, abiurare, profiteri, negare religionem ter, quater, ſexies coactæ ſunt, quot aut in atheiſmum, aut deſperationem lapſæ ſunt? *ſuper hoc plangam, & vlulabo: vadam ſpoliatus, & nudus, faciam plan-*

Hereſis ſemper in progeniē at vitioſiorem.

Mutatio ſententiæ arguit imbecillitatem.

ctum velut Draconum, & luctum, quasi struthionum, quia desperata est plaga eius. Videte Palatinatum fidem quinquies, Wirtenburgensem duratum hæresin quater mutasse. Wittebergicam Academiam sæpius eiectis professoribus mutatam, & manere errores tamen, & nunc quemadmodum febrim, palloremque aris Romanis, ita hæreses festiuis in antiquitatem omnem conuitiis, calumniisque coli, & tam discordes totam antiquitatem damnare.

Eia igitur lacrymæ velut obiice currite, rupto,
Singultus calidas concutiente genas.

Sine missione pugnatur.

Non precium pugnæ est, nec habet victoria laudem,
Amba perpetua morte cadunt acies.
Pellitur antiquus multis erroribus error.
Et vetula ecce nouis hæresis hæresibus.

Has

Has inter pugnas, animarum fata, ministri
Deproperant lato dulce celeusma sono.
Ad citharam, & lituos animas deducitis orco;
Vt veniat tristi victima læta stygi.

O Sancta veteris Ecclesiæ constantia; ô Concors martyrũ fidei pietas: ô solida in priscâ patrum religione felicitas, ô vera lux quæ vno omnes in vnam fidei normam radio ductabas! ô tartareæ tenebræ, quæ ne in vnum quidem ducere errorem possunt. ô misera lux nouitatis, quæ falso fulgore cœcutientes stringis oculos, vt omnes à vero aberrent, atque palabundi tandem in se collisi mutuo cõflictu pereant! ô mens humana, quæ sic de errantibus, dubitantibus, litigantibus, pugnantibus credere sustines, & iam per integrum decepta sæculum, errori tuo placidis, & noua semper nouitate delectaris.

Fida veritatis constantia.

Con-

Extuto qui exit, mille periculis obiicitur merito, quia in tuto stare noluit.

Consolamini, consolamini populo meus, principes, & reges, quos à tot erroribus, impostoribus, præstigiatoribus, diuina virtute fulta constantia vindicauit. State fortes in fide. Quo enim ibitis, cum è portu veteris Ecclesiæ solueritis? Stant extra innumerę turbæ, omnes blandiuntur, lux noua, veritas, verbum Dei, sanctitas ostentatur; sed mutuis se iurgiis produnt. Tot scriptionibus, Colloquijs, Principum minis nihil actum est, vigent odia, durant pugnæ. Vtinam vestrum quispiam, ô Reges, Principes, Respublicæ, tantum libros eorum eristicos, authentica Colloquia, & Synodos ediiuberet in lucem, alia confutatione opus nõ putarem. Sed alio me vocant meæ lacrymæ.

In discordia publica morum cura postrema est.

Quinta causa est, quæ vel summa prærogatiua nostra est, fidei, legumque, & vitæ sanctitas; disciplina, & pœnę peccatorũ; è contrario apud eos, qui à nobis recesserũt, summa est licentia, summus vsus infinitæ licentiæ. Ostendi iam ante Lutherum propter Wittebergæ improbitatem exi-

exilium voluntarium tentaſſe: multo deinde poſt tempore, Saxonas de Academiarum ſuarum corruptelis inter grauamina querelas ad Principem detuliſſe. Citari ſolent teſtimonia Lutheri ex comm. in Pſal. 101. in Ioan. 15. Nec aliter Muſculus lib. de nouiſſ. die. *Vt paucis rem omnem eloquar, illud nunc eſt, eoque noſtra Lutheranorum res redijt, vt ſi quis videre cupiat magnã turbam nebulonũ, atheorũ, vſurariorum, & circumſcriptorum, ei adeunda ſit ciuitas aliqua, in qua Euangelium prædicatur, ibi cateruatim id genus hominum inuenerit. Non igitur vita humana, nouitate illa emendata eſt, ſed in deterius prolapſa.* De ſuis non diſſimilia queritur Caluinus. Sed antiqua mitto, præſentia proferam. Ameſius Anglus Reuerendiſſimos ſuę patriæ Epiſcopos deſcribit, in hunc modum. *Reliqui qui Puritani non ſunt, verò inſignes aleatores, potatores ſtrenui, religionis officia ſusque deque habentes, verſuti inſtitores, Papiſtarum ambitionibus prauis corrupti, iuratores impij, homines denique vani, iniuſti,*

πονειρόπολις Sectaria.

turpes, & omnes filii Belial. Et hi non duces tantum agunt huius militiæ, sed & castra implent pene soli: simpliciores enim quos à se habent, ex ingenuis marianos sæpe faciant mulos, dum eorum abutuntur operam ad ligna militibus, Calonum instar, subministranda: Euclionibus autem illis, qui Puritanismo pertinaciter adhuc obluctantur, & pectus & caput helleboro purgandum: leges vero illæ, quarum gratia, & vi ministri aliquot bonis, & sedibus suis pulsi, &c. quæcunque sint, in eandem reprehensionem incurrunt cum Atheniensium scitis, de quibus Xenophon conquestus est, quod ἐξῆν τοῦτο τοῦς πονηροῖς ἀμείνω πράττειν, ἢ τοῦς χρηστοῦς: Neque vt scias, ista sunt vetera maiorum scita aut consulta, &c. sed canones quidã in legum fraudem dolo malo confecti, â parlamentario senatu damnati, vere sontici, quos denique aduersus ministros inuiti, & non sine pudore, & in alios culpæ traiectione exercent autores ipsi, si truces quosdam, & sæuos excipias, qui omnino depuduisse videntur: pleræque porro istarum constitutionum de industria sancitæ, ad quietos

Episcoporum Anglicanorum vita.

Soli regnant pene regnãt mali.

Leges Anglicanæ pro Caluinismo.

etos terræ turbandos, & illaqueandos: quod vel inde liquet, quod putidas quasdam papistarum reliquias, non retinuerunt tantũ sed omni ratione munitas, & densis anathematis ex ipso facto circumuallatas dederunt, eas corruptelas firmare satagentes maxime, quas omnes pene bonos auersari nouerant, adeo vt iã palam fecerint, non ignorare se vitia sua, sed amare, inhiantes prædæ desmophylakes, armati ignipotẽte vulcano pascuum opimũ depascentes, quod reliquũ pascuorũ conculcantes pedib. suis, pecudes morbo affectas impetentes cornib. suis eo vsq; vt dispersérint eiectas foras: per dispares Ecclesiarũ & Ecclesiasticorum in iurisdictione gradus, sceleratam scalã Antichristi conscendentes, Antichristiano acti Spiritu, dũ id sibimet arrogãt, vt pastorũ habeantur pastores, quos dubiũ Catones, an Dracones iure dixeris: adeoq; vel è medio tollendum ementitũ hunc Episcoporum ordinẽ. vel denuo Papã reuocandũ aborco. Hæc ille inquit Greuinckhouius in præf. quasi de plaustro cõijciens in eum ordinem, quem ipsa Maiestas Regia Sanctum veneratur, quem Proceres Regni suscipiunt.

Tyrannis Episcoporum Anglicanorũ.

Carcerum custodes Episcopi Anglicani.

Antichristiani, pastorum pastores.

Ex tripode mera fundit oracula

machen. *Quod ad Decretum Naumburgense, ac Francofurtense attinet, scitis quid sit factum.* Die Pfaltzgräffischen (*Boquinus*) sagten sie kämen allein dem Naumburgischen vnd Franckfortischen Abschied nach/ *Quod introduxerunt Caluinismũ in illam ditionẽ, sicuti decreta illa talia sunt, vt etiam à Zvinglianis approbentur. Ita Bremenses sub illo prætextu*, Deß Naumburgischen vnd Franckfurtischen Abschieds/ *Sacramentarij facti sunt.* Vnnd wer die *Primas Partes* gehabt / das wissen die Herren wol.

Quid igitur nunc annum sæcularem obtruditis, cum ante Concordiam Bergensem certi nihil esset in vestris Ecclesijs? à concordia igitur Iubilæum auspicamini.

Cõcordiæ liber apud paucos in precio est.

Nesciuerunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulãt, & tenebris pellere tenebras conantur. hoc solum verè dicunt, cum mala sibi ominantur; nam & iuniores Theologi nouam Theologiã quotidie inducunt, & vbi adhuc Concordiæ liber seruatur in speciem non consentientiũ affectu,

fectu, sed mandatis pœnisque principum, noua barbaries indicta est, vt prædixit Amlingus. A Wittebergensibus accusantur Theologi lenenses, quasi præcipuos fidei articulos fæde lacerarint, & euerterint: hi illos vicissim arguunt: fundamentum Confessionis Augustanæ *pertrudisse*, *inuertisse*, *euertisse*. Verum hic finem faciam cum intellexero, quinam vere Iubilæum celebrent, neq; enim cum hæreticis communia gaudia agitare orthodoxi volent. Et mallent credo Lutherani quiescere, quam cum Caluinianis, quos incarnatos Diabolos iudicant, eodem in Choro psallere. Nulla igitur fuit Concordia, ante Concordiam Bergensem, sed illa, vt dixi, discordias ingentes effecit, & Caluinismo viam aperuit, multi enim subscribere renuerunt, multi subscriptionem reuocarunt, vt VVittenbergenses; multi in hodiernum diem contra disputant, vt Brunsuicenses, Helmstadienses, plerique compulsi sunt subscribere.

Bella ciuilia cruentissima, & cum vicinus prædicans imminet prædicanti.

Id ipse Lelerus est expertus.

Narrat

Narrat in Colloquio Hertzbergenſi M. Amlingus guſtum in hunc modum. *Ante annum, cum quidam mercator cum auriga iret ad nundinas Zerueſtanas, Theologi quidam conſederunt in via, in diuerſorio, quo etiam Monachus venit, interrogans concionatores illos, vbi fuiſſent? Reſponderunt, ſe coactos eſſe ad ſubſcriptionem Formulæ Concordiæ. Reſpondit Monachus, Eij, conſcientia non debebat cogi. Reſponderunt Concionatores.* Ja wir haben Weib vnd Kindt/ wie ſolten Wir jhm thun? *Ibi Monachum per totam menſam riſiſſe. Eſt vera hiſtoria.*

Libertatem prædicant, vbi vires contraxerint, ſuperbedominantur.

Monent quidem Heidelbergenſes formulæ multos ſubſcripſiſſe, ſed quia eam non legerint, nec tamen ſatis reſponſum eſt, cum Concordiſtæ pleriſque tantum dies quatuordecim inducias conceſſerint. Concordia igitur illa non eodem modo accipitur, deinde ab Electoralibus fere Saxonibus, & paucis vicinis tenetur, diſcordibus tamen animis. Secundo, quod mireris, inter Concor-

Concordiæliber in Electoratu fere ſolo, non toto.

diber-

dibergenſes habitant, nõ modo plures Caluiniani, ſed Maioriſtæ, Adiaphoriſtæ aliique ex Luthero nati ſectarii. Tertio, Formula illa eſt correctio omnium librorum, ideo non alii ſcriptores, niſi ſolus Lutherus tanquam heros citatur. Sed tamen librum illum repugnare Luthero multi Lutheranorum, omnes Caluiniani, conati ſunt oſtendere.

Nemo Lutheranus tempore Concordiæ, Brentius Luthero proximus repudiatur.

Quarto. Ne Lutheranorum quidem aliquis qui ante Concordiam libros edidit, cum Concordia plane concordat, ne ipſe quidem Iacobus Andreæ, qui profitebatur ſe dãnaturum, ſi quid contra Concordiã ante à ſe editum deprehendiſſet. Qui igitur, Concordiam ſequimini, non an. 1617. ſed 1680. Iubilæum celebrare debetis. Nulli enim ante id ſenſerunt, quod vos creditis, ne ipſe quidem Brentius, quem tamen Concordibergenſes Philippo præponunt, & ſecundum à Luthero faciũt, Nam errores Brentii Concordia manifeſte reprehendit. De Colloquio Quodlinburgẽſi ante memini, teſta-

testatur Osiander schisma illud in hodiernũ vsq; diem manere, atq; adhuc tumere in controuersias anno 1604.

Cum igitur omnia frequenter mutata sint, cum Doctores varii, & alii alios damnent, necesse est vel omnes, vel maximam partem errare, vnam solam partem vera dicere, vni soli ius Iubilæi concedendum, illi, qui probare potest, anno 1517. fidem suam, qualis nunc est, in aliquo hominum fuisse. Quod tamen cum fecerit, non inani lætitia exultabit, sed fletibus se dabit, postquam initia fidei suę viderit tam sera. Quid enim si non est sincerum, quod nouum est, quæ lux illa, quæ post quindecim sæcula primum exorta, salutem promittit? vna ætas postrema, tot antecedentibus, quęque Apostolis, & Christo vel tempore, vel fidei traduce conuinctæ, & connexæ sunt, præiudicare non debet. Sistite paulisper celeusmata, & dolores Ambsdorffii auribus haurite. Conuenit lætos causam audire tristitiæ, & ventis nimium secun-

anno 1517. quis fidem habuit, quæ anno 1517 prędicatur? vnum dabis vicistis.

ſecundis turgida vela contrahere. Is libr. de aperta fidei confeſsione. **Es wirdt nicht beſſer / ſonder immerdar ärger / Es leſt ſich alſo anſehen / als wolte daß Euangelium bey vnß gantz zu grundt gehen / vnnd daß wir an Stadt des Euangeliums / Eytel kräfftig Jrthum vberkommen werden.** *Nihil, ait, in meliorem ſtatum reduci, omnia labi in deterius; videri Euangelium eorum breui funditus interiturum, & homines pro Euangelio efficaciam erroris accepturos.* Id iam contigit; ſæpius errores interierunt, ſed aliis erroribus penſati ſunt; ſecutæ ſunt opiniones diuerſæ, neutiquam meliores. Hoc etiam maiore malo, quod mutatione ſua facile deprehendi poſſunt, ideoque ſine venia errant, qui toties mutant errores. Deus bone, quot millia animarum, iurare, abiurare, profiteri, negare religionem ter, quater, ſexies coactæ ſunt, quot aut in atheiſmum, aut deſperationem lapſæ ſunt? *ſuper hoc plangam, & vlulabo: vadam ſpoliatus, & nudus, faciam plan-*

Hereſis ſemper in progeniē at vitioſiorem.

Mutatio ſententiæ arguit imbecillitatem.

ctum velut Draconum, & luctum, quasi ſtruthionum, quia deſperata eſt plaga eius. Videte Palatinatum fidem quinquies, Wirtenburgenſem duratum hæreſin quater mutaſſe. Wittebergicam Academiam ſæpius eiectis profeſſoribus mutatam, & manere errores tamen, & nunc quemadmodum febrim, palloremque aris Romanis, ita hæreſes feſtiuis in antiquitatem omnem conuitiis, calumniisque coli, & tam diſcordes totam antiquitatem damnare.

Eia igitur lacrymæ velut obiice currite, rupto,
Singultus calidas concutiente genas.

Sine miſſione pugnatur.

Non precium pugnæ eſt, nec habet victoria laudem,
Ambæ perpetua morte cadunt acies.

Pellitur antiquus multis erroribus error.
Et vetula ecce nouis hæreſis hæreſibus.

Has

Has inter pugnas, animarum fata, ministri
Deproperant læto dulce celeusma sono.
Ad citharam, & lituos animas deducitis orco;
Vt veniat tristi victima læta stygi.

O Sancta veteris Ecclesiæ constantia; ô Concors martyrũ fidei pietas: ô solida in priscâ patrum religione felicitas, ô vera lux quæ vno omnes in vnam fidei normam radio ductabas! ô tartareæ tenebræ, quæ ne in vnum quidem ducere errorem possunt. ô misera lux nouitatis, quæ falso fulgore cœcutientes stringis oculos, vt omnes à vero aberrent, atque palabundi tandem in se collisi mutuo cõflictu pereant! ô mens humana, quæ sic de errantibus, dubitantibus, litigantibus, pugnantibus credere sustines, & iam per integrum decepta sæculum, errori tuo placidis, & noua semper nouitate delectaris. Fida veritatis constantia.

Con-

E tuto qui exit, mille periculis obiicitur merito, quia in tuto ſtare noluit.

Conſolamini, conſolamini populę meus, principes, & reges, quos à tot erroribus, impoſtoribus, præſtigiatoribus, diuina virtute fulta conſtantia vindicauit. State fortes in fide. Quo enim ibitis, cum è portu veteris Eccleſiæ ſolueritis? Stant extra innumerę turbæ, omnes blandiuntur, lux noua, veritas, verbum Dei, ſanctitas oſtentatur; ſed mutuis ſe iurgiis produnt. Tot ſcriptionibus, Colloquijs, Principum minis nihil actum eſt, vigent odia, durant pugnæ. Vtinam veſtrum quiſpiam, ô Reges, Principes, Reſpublicæ, tantum libros eorum eriſticos, authentica Colloquia, & Synodos ediiuberet in lucem, alia confutatione opus nõ putarem. Sed alio me vocant meæ lacrymæ.

In diſcordia publica morum cura poſtrema eſt.

Quinta cauſa eſt, quæ vel ſumma prærogatiua noſtra eſt, fidei, legumque, & vitæ ſanctitas; diſciplina, & pœnę peccatorũ; è contrario apud eos, qui à nobis receſſerũt, ſumma eſt licentia, ſummus vſus infinitæ licentiæ. Oſtendi iam ante Lutherum propter Wittebergæ improbitatem exi-

exilium voluntarium tentasse: multo deinde post tempore, Saxonas de Academiarum suarum corruptelis inter grauamina querelas ad Principem detulisse. Citari solent testimonia Lutheri ex comm. in Psal. 101. in Ioan. 15. Nec aliter Musculus lib. de nouiss. die. *Vt paucis rem omnem eloquar, illud nunc est, eoque nostra Lutheranorum res redijt, vt si quis videre cupiat magnā turbam nebulonū, atheorū, vsurariorum, & circumscriptorum, ei adeunda sit ciuitas aliqua, in qua Euangelium prædicatur, ibi cateruatim id genus hominum inuenerit. Non igitur vita humana, nouitate illa emendata est, sed in deterius prolapsa.* De suis non dissimilia queritur Caluinus. Sed antiqua mitto, præsentia proferam. Amesius Anglus Reuerendissimos suę patriæ Episcopos describit, in hunc modum. *Reliqui qui Puritani non sunt, verò insignes aleatores, potatores strenui, religionis officia susque deque habentes, versuti institores, Papistarum ambitionibus prauis corrupti, iuratores impij, homines denique vani, iniusti,*

πονηρὸ πολις Secta-ria.

etos terræ turbandos, & illaqueandos: quod vel inde liquet, quod putidas quasdam papistarum reliquias, non retinuerunt tantũ sed omni ratione munitas, & densis anathematis ex ipso facto circumuallatas dederunt, eas corruptelas firmare satagentes maxime, quas omnes pene bonos auersari nouerant, adeo vt iã palam fecerint, non ignorare se vitia sua, sed amare, inhiantes prædæ desmophylakes, armati ignipotẽte vulcano pascuum opimũ depascentes, quod reliquũ pascuorũ conculcantes pedib. suis, pecudes morbo affectas impetentes cornib. suis eo vsq; vt dispersérint eiectas foras: per dispares Ecclesiarũ & Ecclesiasticorum iurisdictione gradus, sceleratam scalã Antichristi conscendentes, Antichristiano acti Spiritu, dũ id sibimet arrogãt, vt pastorũ habeantur pastores, quos dubiũ Catones, an Dracones iure dixeris: adeoq; vel è medio tollendum ementitũ hunc Episcoporum ordinẽ. vel denuo Papã reuocandũ aborco. Hæc ille inquit Greuinckhouius in præf. quasi de plaustro cõijciens in eum ordinem, quem ipsa Maiestas Regia Sanctum veneratur, quem Proceres Regni suscipiunt.

Tyrannis Episcoporum Anglicanorũ.

Carcerum custodes Episcopi Anglicani.

Antichristiani, pastorum pastores.

vita accusant aduersarii? Nonne magnam partem inuectiuarum explent, seu vera, seu ficta vitia cleri? Fateor, nec miror, cum enim veritate vincere non possent, ad conuitia conuersi sunt, vt redderent odiosos, quos hæreticos probare non poterant. Primo quidem eorum quæ miseris populis inculcant decima pars vera non est, sed ingenti calumniandi malitia prouecti, facta, infecta canũt. Exempla nouit, & damnas orbis. Deinde vitia pseudopontificum, schismatici cleri in odia legitimorum, & orthodoxorum proferunt. Tertio, peccata quindecim sæculorum, & totius Christianismi, cum delictis paucorum annorum, & paucorum hominum, vnius prouinciæ conferunt, & suorum tamẽ peccata ad intolerabilem peruersitatem querentur excreuisse. Quarto multa fuisse, & etiamnum peccata non modo Catholicorum, sed etiam Ecclesiasticorum non nego. Quam diu erunt homines, erunt, & vitia, Inter multos facile est inuenire aliquos qui cu-

Ministri sola canina eloquẽtia facundi.

De illustrissimo Bellarmino.

In Abrahę, Dauidis, Christi œconomia fuere peccatores.

piditatibus obſequantur. Nec ideo fugienda religio, ſi meliora probant, deteriora aliqui ſequũtur. Nec Iſaias ad Idumæos Ægyptios, aut Aſſyrios profugit, cum videret, *in Iuda à vertice capitis vſque plantam pedis non eſſe ſanitatem. Vulnus* inquit, *& liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine neque fota oleo.* Sed moribus ſe, & verbum domini oppoſuit: *audite verbum domini Principes Sodomorum, aurib. percipite legem Dei noſtri populus Gomorrhæ.* At non audierunt. *Sacerdos, & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignorauerunt iudiciũ. Omnes n. menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordium que, ita vt nõ eſſet vltra locus.* Nondum diſceſſerat lex Dei, nondum fides: ſed factis negabatur, quod magnificentia templi, ſolemnitate feſtorum, & ritu Sacrificiorum aſſerebatur. Fuerunt, ergo peccata, vt inter homines, neque in poſterum deerunt, vt inter homines, quanquam ſacros, & Chri-

Vitia aliqua aliquos, nunquam omnia omnes deſerunt.

Christianos, quia promptitudinem spiritus carnis imbecillitas detinet, & frequenter ad terrena deprimit etiam ad æterna suspirantes, sed quid fiet illis, quorum peccata sola fide delentur.

Sed dicetis ne vestra non esse maiora? Imo dicere nos necesse est. Quę enim causa est cur de Bellarmino, de Patribus Societatis in Polonia, Bauaria, Belgio, supra omnem, priscorum calumniatorũ maleuolentiam crimina ab illis nunquam nisi cũ vestras scriptiones legerent, cogitata, sceleratissime fingeretis? videte priuilegia Caluinistarum, & Epistolam Simoniani, si verorum criminum copia est, cur ad mendacia, tam manifesta, tam refutatu facilia animos conuertitis? Nostra nos tempora docent, quid nostris maioribus, Episcopis, Clero, monachis feceritis. Rempublicam vestram, & mores intuemini, & oculos manticę, quę ante præcordia pulsat, admouete. Sed causam innocentiæ, vel delictorum inspiciamus.

Omnibus sæculis inauditas calumnias hæreses effingit.

Catholica religio est natura peccatis aduersa.

Nostra sententia est, grauibus peccatis, furti, scortationis, adulterii, homicidii, calumnię, aliisque, seu facto, seu sola voluntate patratis, gratiā diuinam amitti, numen offendi, inimicitiamq; benignissimi patris, & æternæ damnationis reatum contrahi. Quæ fides nos à peccato, caritatis, quæ est erga deum; fœditatis, quę est in scelere, acerbitatis, quę est in tormentis, consideratione magnopere auocat, atque absterret. At vestra doctrina quam fauet peccatori, tam Dei maiestatem impugnat, crudelitatemque immensæ bonitati affingit. Præterquā, quod deo volente, iubente, procurante fieri mala traditis, etiam minora creditis, quā vt gratiam, caritatē, fidem, si ab electis patrentur, excutiant: omnia peccata Sanctorū, & credentium, adulterium Dauidis, & homicidiū, negatio, & periurium Petri, nec iniustos nec noxios, si vobis creditur, faciunt. Deinde magna ad omne flagitium incitamenta perspicite. Credo certissime à Deo me electum esse, dein-

Hæresis suadet scelera, facta excusat.

Digitized by Google

deinde credo me fidelem eſt iuſtum. Tertio fidem, iuſtitiamque meam, tam adamantino vinculo, mihi colligatam, vt nullo crimine, nullo flagitio, abſtrahi aut diuelli poſſit. Et quanquam omnia Lemnia, Adraſtia Diomedea, Neroniana ſcelera audeam, auſisque potiar, iuſtum tamen, Deiq; amicum, vitęque æternæ conſortem permanere, vna leuiſſima cogitatiuncula omnium facinorũ culpam momento deleri. Quid hoc aliud eſt, quam dicere, liberrime delinque, nihil nocent ſcelera. Quotus enim quiſque virtutem amplectetur ipſam, aut ſcelera fugiet, ſi proæmia, pœnasq; tollas?

Puluinar ſecuritatis Caluinlanæ Othonis Caſmanni Caluiniſtæ.

Nec modo timorem veſtra fiduciatio, dubitationemque ſalutis tollit, ſed facilem etiam, plauſibilemq; excuſationem in promptu tenet. Legem violaui; ſed illa ſeruari non poteſt. Peccaui; ſed ad hoc Deus prædeſtinauit, impulit. Animo obſecutus ſum meo; ſed morigerari illius voluntati coactus ſum. Ira me abripuit, ſuperbia extulit, libido de-

Si lex ſeruari non poteſt, nulla ſunt peccata.

preſſit, non eſt in mea poteſtate iſta vincere, neceſſitate ſuccubui, non voluntate, aut ſi voluntate, coacta voluntate. DEVS enim legem tulit, non vt ſeruarem, ſed vt tranſgrediendo diſcerem ſeruari eam non poſſe. Multa veſtra talia ſunt, vt Lutheri in cap. 5. ad Galatas. **Wann einem einfelt / Chriſtus ſey ein Richter vnnd Geſetzlehrer / der mit einem Zürn wie er ſein Leben zugebracht habe / daß er für gewiß / vnnd war ſoll halten / daß nicht Chriſtus / ſondern der wahre vnnd leydige vnnd wühtende Teuffel ſey.** Summa eſt, Fac quicquid vis, & dic: non nocet, quia credo me beatum. Hinc omnia illa horrenda nata ſunt, hinc eſt, quod Lutherus vocauit Zvinglianos Diabolos corporatos, quia ex fidei licentia ad ſumma ſcelera ſine formidine pœnæ ſeſe parabant.

Horrenda verba Lutheri.

Nos igitur cum peccatorum grauitatem agnoſcimus, diſciplinæ ſeueritatem, dolendi, confitendi, ſatisfaciendi difficultatem ſubimus, filios

lios nos esse, & in domo paterna merito confidimus, vos quia sine disciplina agere vos dignum censetis, filij esse non potestis.

O DEVS cordium scrutator, & renum, cuius faciem angeli scandalorum accusatores semper intuentur, qui malleo æternæ condemnationis eos persequeris, & comminuis, qui vel vnum de pusillis istis scandalizauerit, exere potentiam, induat zelum manus tua, & tolle per Angelos iustitiæ tuæ administros scandala. Vide pusillos in te credentes, pusillos in te, nisi scandala obstarent, credituros, pusillos scandalorum efficacia à fide resilientes. Vide Domine Zelator, & ignis cõsumẽs, & si quos ex sorte tua, ex sacratis tuis offendere de cœlo intueris, aut misericordissimè emẽda, aut misericorditer extirpa. Vide à summa sede vsq; ad infimã capellã omnes, qui de sacrario tuo viuunt, & turpi vita polluũt nomen tuũ, mũdumq; àtuo cultu, veraq; fide, quam virijs infamant, pessimo exemplo auertunt omnesq;

O Deus tolle scandala.

Scandala Ecclesiasticorum causæ schismatum, & hæreseon.

Væ mũdo à scandalis

Væ homini per quem scãdalum venit,

hac

hac in vita, vel ita conuerte, vt exemplo sint pœnitentiæ, vel ita puni, vt illi quos peccando offenderunt iudicia tua expauescant, atque intelligant melius esse; vt suspensa molâ asinaria è collo mergantur in profundum maris, quam vt viuentes scandalizent vnum ex pusillis hisce, qui in te credunt. Miserere etiam eorum, quos sua infirmitas, aliena malitia in quemcunque errorem abduxit.

Magnum solatium est constãtia orthodoxis.

Vos etiam ô Augusti, Reges, Principes, Populi, Vestram, & subditorum salutem solliciti operamini. Ante oculos ponite religionis vetustatem, quam nouitate sua Ministrorum curiositas temerauit, sanctitatem fidei, in qua & pro qua tot Martyrum millia vitam posuerunt, firmitatem, qua totius orbis Ecclesiæ varijs hæresibus restiterunt, sublimitatem, quam inusitatis signis & portentis diuina potentia erexit, firmauitque, in ea perseuerate, eam beatitudinem in subditos vestros fratresque

que diffundite. Vos quoque, quos ex area dominica turbo abstulit, quos ex tam fundata Ecclesia in lubricum fraus impostoris excussit. videte profanam nouitatem in singulos annos interpolitam, semper incipientem, nunquam ad metam scientiæ peruenientem; quia extra metam currit. Vnitas illa in mille secta partes semper magis dissilit, & tamẽ nulla pars est, quę non sibi totius Ecclesiæ ius & nomen vsurpet.

In excusabilis per multos errores discursio.

Mores corruptos, lites ex litibus fœcundo satu ebullientes, nulla miracula, scripturæ contemptum, interpretationum nouarum audaciam cernitis, & tantam nihilominus insaniendi dulcedinem, & toties mutatæ sectæ inter se tam dissidentes sententiis, tam infestæ odijs, in vnum annum Iubilęum se coniiciant, tam disparibus tibijs pæana canant. Hæc tu quoque Deus oculis misericordiæ inspice, & propter Vnigenitum tuum, in quo bene complacuit animæ tuæ, tenebras discute, lumen nouum effunde. Vide Deus meus,

pax

pax mea, in Saxonia Electorali, Wimarienſi, Coburgenſi, primi erroris nomen permanere, rem in controuerſiam abiſſe, vide tot vrbes, omnes de tua cognitione gloriantes, ſed ſeductorũ vafritie in fraudem illectas. Hinc mouet Hollandia bellum, inde Britannia. Vbiquitatem concedunt nonnulli, eam alij refugiunt, Chriſto meritum minuunt Caluiniſtę, tollũt Sociniani, Britannia ſtatas habent Epiſcopos, Galli & Belgę eos ſcalam Antichriſti erigere profitentur, diuiditur diuerſis ſtudijs Belgium, & vrbes, vrbibus committũtur. Da Deus finem tot malis da veritatem agnoſcere, agnitam tueri. Aſpicis ô hominum cuſtos, & ſeruator, maxime arbiter iuſti, & æqui, & in veniam facilis, tot hominũ labores & de tuo nomine, de cultu tui numinis, tam diſcordes ſententias. Diluuia quædam errorum Europam inundarunt, & de religione aſperrima ſunt certamina. Mitis erat Pharao cum lateritio opere corpora torqueret adulta, aut flumine mergeret naſcẽtia: Imitior Babylo-

Auctoritatẽ errorib. detrahit errantium pugna.

Perſecutio corpora; hæreſis animas perdit.

bylonius, cũ hortos regios per exercitus captiuorum ſtrueret; nunc certamina dura ſunt, & animę noxia, diris enim cruciatibus alij alios deuouent, & populus ignarus quæſtionum, eſt in partibus, & furit, nec ſcit, qua pro parte pugnet. Omnes de ſua ſententia certi ſunt, ſuam quiſque ſalutem in tuto habere ſe putat; alieni exitij ſedent iudices. Nullus error tam nouus eſt, qui non multis videatur antiqua veritas. Quid querar in auribus tuis ſpes mea, firmitudo mea, DEVS meus? Vnde hæc libido diſſentiendi, vnde tam inflammata cupido, quod ſenſeris, tuendi, probandi, propagandi? Cúrrant coram te creator meus, lumen meum, lacrymæ mentis meæ, narrabo tibi ô Deus, quod noſti, quod ab æterno præuidiſti; ſed narrabo, vt agerem in ſinum omnipotentis miſericordiæ tuæ dolorem cordis mei, cui ſolum fieri medicina poteſt de immenſitate bonitatis tuæ. Sed hiſtoriam narro in auribus tuis, quam poſteri, non credent, nunc videmus, & tuæ

Poſt tot errores, & tantam in erroribus peruicaciã, locus eſt nouo errori.

& tuæ miſericordiæ preces noſtras, & pectora proſternimus, ne poſthac videamus. Ante annos centum venit homo peccati, inter vota caſtitatis ſuæ procus, noua dogmata mundo intulit, & ſecuta eſt multitudo pereuntium, quos de libro tuo deleuiſti; paulo poſt ſecutus alter alia noua protulit, & auditus eſt in Heluetia, interque illos luctæ, atque vtrinque transfugia, cum contraria via ad animarum exitia tenderetur. Nata ex hiſce, ſunt examina diſſentientium, quorum nomina tibi nota ſunt; me proferre fatigatio prohibet. Iam principes ſectæ in immenſum multiplicatæ ſunt, numeroque valent, & nouæ ſuccreſcũt. Habet iam ducentas Europa Religiones, ſed vnicam duntaxat vna pars habet fidẽ. Quiſq; quod ipſe credit, verbis, factis, gladio cum poteſt, propagat, cum deſunt vires, in locum eorum vocant calumnias, omnes diuerſæ ſectæ damnãt omnes, omnes damnantur ab omnibus, omnes inuocant fulmina in omnes, omnes diris deuouentur ab omni-

Luthero & Zvinglio fruſtra creditum.

Efficaciam erroris dæmon accẽdit.

omnibus. Interim peccata creſcunt, & dum diſputare, quam viuere malunt, pietas iuſtitiaq; recedit. Ducẽtæ ſunt errãtium factiones, quarum vnaquæq; centum nonaginta nouẽ, & cum illis veterem Eccleſiam tuam, priſcos patres, ſeruos tuos in domo tua olim fideles, nunc glorioſos condemnat. Inter centũ nonaginta cœtus errantes, centeſimus putat ſe errare non poſſe, & ſuũ illum eſſe cœtum vnuſquiſq; arbitratur. Vna fiducia omnibus loquẽdi, vnus ardor diſputandi, vna vanitas oracula tua citandi. Et nunc, ô Deus! cũ adulta ſint illa mala, centum annorum hæreſes, de tua luce, de tua gratia, de Euangelio reproducto, tibi gratias agunt, tãtum abſunt à pœnitẽtia errorum, vt ſibi adulentur, & conſcientiæ de ſæculo peracto blandiãtur, cum in ſingulos pene annos ſit mutata fides. Ecce Domine, iam nõ modo ſeptuageſimus annꝰ eſt, qui olim terminus erat Babylonicæ ſeruitutis, & Sabbatorum terræ vacãtis, longius prouecti ſumus, annus cẽteſimus voluitur,

Multitudo errantium verecundiam detrahit, confidentiã auget.

Summus error eſt errorẽ Deo imputare.

ſunt mota ſunt corda, vt redeant in patriam Ieroſolymam, ſed feſtis, cantibus, operum ceſſatione, cuſis in fiduciæ ſpeciẽ nummis, exilia ſua deprędicant. Exurge domine, & effunde ſuper eos miſericordiam tuã, miſericordiam multam valde, quia ipſi ſe coniecerunt in miſerias peccatricis vitæ, & infeliciſſimæ mortis. Poſt quaternas, quinaſq; mutationes, doctorumq; ſuorum in orbem iuſſa exilia, certos ſeſe aſſerunt, & quod vltimum ſunt amplexi, poſt innumeras mutationes trimeſtrium religionũ, id veruſtiſſimum eſſe credunt. Reſpice, ô Deus meus, ſpes mea in faciem Chriſti tui, & tam multorũ, tam diuerſe errantium gloriationes, non in tua iuſtitia, ſed in illa facie dilecta reſpice, audiẽs illud: *Ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt*, in luctu coronant vrbes, in funere canunt gamelia. Aſpice Ieſum dilectum filium tuum è vulnere pendentem, in vulnere ſtantem, pandentem ſinus, & omnia ad ſe trahentem. Verticem aſpice ſpinis ſaucium, & in vulnere totũ corpus

Vltima hæreſis maxime de antiquitate gloriatur. Vide ſecũdam Remonſtrantiam &c.

corpus, arentem ſiti linguam, circũſtantium crudelitatem innocentis tormenta ridentem, militem veſtes ſortitione profanantem, hęc aſpice, & tantæ caritati errantium animoſitatem condona, tantis ſupplicijs anathematiſmos mutuos hæreticorum, & hæreticis credentium expiatos, in vnam, veram, veterem, Catholicam religionem conuerte, vt vno tandem ore, vno animo in Eccleſia tua tibi veræ glorificationis hymnus reſonet: Gloria patri, & filio, & Spiritui ſancto, ſicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum,

Amen.

RVINÆ DAGON.

PHalaricarum nubibus procelloſis
Olim Iſraelis copias Sionei,
1.Reg.5. *Palmiferæ Idumes obruunt Megiſtanes;*
Arcam rigentis bracteæ grauem lamna
(Leuiticorum ferculum ſacerdotum)
Captam quadrigis auehunt coronatis:
Luctus flagellat caſtra gentis Abraæ
Luctus Iſraelis arca capta. *Sublatus aſtra verberat ſono planctus;*
Væ væ Iſraeli, væ nepotibus Saræ;
Captinitate fœderis decus noſtri,
Pignus ſalutis exter abſtulit miles;
Contra, inſolenti Mœnadum ſaginati
Oeſtro, catuliunt gentici Palæſtini;
Vbiq; tectis, vrbibusq;, fanisq;
Plauſu triumphant barbari lupercali,
Tripudia Philiſtiim. *Arasq; circum odoribus vaporatas*
Saltu incitati, epodicum catapſalma
Dithyrambico læti furore deludunt,
Thenſam Dagoni deuouent Abramæam,
Clamore Cherub conſecrantque pennata:
Nocte inſequente trepidus ad Dei magni
Inhorruit ficulneus thronum ſtipes,

Fron-

Frontem ſupinans deſuper ruit ſede,
Olli cerebrum illiſit impetu caſus:
Hic concatenat omnium ſtupor mentes,
Fit eiulatus mortualis in templo, Dagonis crucifragium.
Pullaq́ mœret veſte iam prior plauſus.
Lutherus ille excetrica virens lingua,
Eccleſiarum lerna Sæua Lutherus,
Vomica Acherontis, prædicantiũ Dagon, Dagon Teutonicus.
Calicum, diotarumq́ numẽ immenſum,
Dei ſuperbus helluatur in templo,
Luthericorum victimis adoratus:
At at quousq́ pinguis hic Deum venter
Diſtento omaſo mentietur Almannis?
Eccleſiarum principem, & caput Romam,
Oraculare armarium Dei veri,
Arcam, igne fuluo Gratiæ deauratam,
Myſteriorum ſola quæ ſeras claudit, Arca Iſrael Eccleſia.
Aperitq́ Sola, Veritatis Archiuum
Dite entheati Flamines nouatores,
Suffulta mentum turba nemore caprino
Deuouerant ſuo bidental Idolo,
Captã, & ſubactam raue iam ratitanta:
Circumſtrepebãt horreis cachinnorum,
Plauſtra inuehebant depudẽda ſannarũ,
Iam iam eſſe tempus, quo corona papalis
Caput in recaluum trãsfugæ ruat ſcorti,

Quo excaudicetur stirpitus fides cana,
Procul insulari mœreat pudor clathro,
Scelerum Mephitis rursus halet in mundum.
Sed illa tantis semper in malis victrix
Neroniano sanguinans pugillatu,
Diocletiani cordibus rubricata,
Furore tot philisthijm libystino
Victrix triumphat. *Insessa, circumsessa semper emersit,*
Latratibus non appetita tam dirum,
Quin pulcrior rediret ex canum morsu:
Et iam Dagonem Saxonum triũphauit,
Cæsum bipenni non sua, sed externa:
Ecce vt seipsum degulauit infelix,
Exungulatus à leone Caluino,
Deartuatus vnguibusque Bezanis.
Cecidit ab alto statua curuiceruica,
Lutheri ruinæ. *Collo, rupto hiat cadauer immane.*
Aruina stillat, panticesque diffarti:
Hinc calua capitis albet, hinc iacet costa:
De Iezabelis osse plus dapis restat,
Plus de coquina bustuariæ sagæ
Babylonis, eheu? stemma depudicatæ,
Ille ille de Bohemico cygnus Busto,
Collum reclinis ergo desupinauit?
Fulcite molem flamines recaluastri.

Ite

Ite, ite Prædicantium graueslanæ.
Telamones adſint, ite, quiſq; ſuccollet,
Componite oſſa, & ſi quid ex Deo reſtat,
Manuſque trunco glutinate diuulſas.
Euge euge factum, Prædicantico dignũ
Pilo, atque fronte; ne quis exeat vulgo
Rumor profanus occidiſſe Dagonem;
Vultus ſeueros mitigant Ariſtippi,
Fingunt ſonoro Iubilea concentu;
Putes quadriga Cæſarem triumphali,
Afris ſubactis, ciuium ſagis cinctum,
Pluere Suburæ compitis ſtrues auri;
Sic albidæ iam nube bracteæ ningunt,
Vt vnum Io deplebe corrogent vili.
O quam lepidulum de colu Mineruali
Subtemen! o aſtutiæ genus raræ?
Tali arrhabone Iubilea ſoluuntur.
Quiſquamne pingui Scrofipaſcus aruina
Credet Dagoni peſſime ſuo factum?
Io popinis, feſtum Io triumphabit.
Pæane conclamabit & pari ſutor,
Io triumphe! io Lutherico Dagon.

Iubileum Prædicātici doloris pallium.

IN PACIFICVM IVBILÆVM LVTHERIANORVM.

A Lecto hæreſeon ſtygios crinita colubros,
Schiſmataq́ obſcœno cõcomitata choro,
Forte Lutheri calas, nuper de more Miniſtros
Excierat, lites exhibitura nouas.
Marte ſed infeſto rabidos furialibus armis,
Mutua fatali bella mouere manu;
Pacis oliuiferæ tamen arma obducere fuco,
Blandaq́ mentiri fœdera fronte, videt.
Riſit, & haud aliud (clamat) diſcordia pomum
Inferat, irarum plus ſatis orbe ſatum eſt.
Fœderibus coëant, exactoq́ Orgia ſecla
Necquicquam ficta relligione crepent.
Diſſiliunt animis tamen, ac odioſa recudant
Iurgia: ſtant bello ſemina certa nouo.

Hac

Hac Erebum & Lemures potiuntur pace ſub imum,
Fœderaque Eumenider non leuiora colunt.

IN CASCAM HÆRESIN LVTHERI IVBILantem

ECQVÆ tam cyniceq; ruſticeque
Claudum lętat anus ſtolata paſſum?
Frontem turpificis ſtriata rugis,
Vultum cernua, ſpleniata mentum,
Exeſum gelaſina, buxeumque
Dentem, cui putris innatat Mephitis,
Et porrigine depilis capillum,
Artus ſquamea, decutesque palmas,
Venas toxica felle viperino,
Suram varica, Mulcibrisque talum,
Putens viſcera, ſæculoque longo
In Tithonida degener cicadam?
Hæc rumpit tamen ebrio cachinno
Fauces, ilia, ridibunda ſplenis
Succuſſi oſtia, pandit ora rictu,

Quali Ditis hiat trifaux Moloſſus;
Labris Iubila ructat è repandis,
Pleno Iubila ſibilat triumpho,
Albis pulpita Iubilis fatigat,
Saltat Iubila loripes choraga
Exultim ſaliſubſulis chorëis,
Ludos Teutonicoſtruit theatro,
Et pictiſſima Sæcularis anni
Figit lemmata poſteris legenda.
Quin & ſimia Romuli Tiaræ
Mentes ludificat rudis popelli
Parco munere miſſilis metalli,
Quod ſit teſſera languidæ ſenectæ,
Sero poſtgenitis Moneta gnatis,
Cani mnemoſynon perenne ſæcli.
At quam Ludia Caſca in hoc theatro
Perſonam gerit, induitq; ſocco?
An cornuta Mimallo, & entheata
Oeſtro Baſſaris, Orgijs Iacchi
Bombos exululat, rotatq; thyrſos,
Et ſaltat thyaſos, chorosq; verſat?
An de Mœnaliis agris, ſocisque,
Quos Lunæ perhibẽt globo priores,
Carmentis profuga, exulansque Vates
Ripam Tybridos hoſpitam ſalutans

Euan-

Euandro noua fata, ſecla, regna,
Albatæ ſuis, Iliæq; pandit?
An vultus hyali per orbis æquor,
Quamuis ſint piceo colore tetri,
Inſane ſpeculata ridet Acco,
Corridetq; ſibi, ſibiq; plauſum,
Felicem ſibi pollicemque tollit?
Et fucum facit, omnibuſque vultum
Mendacẽ ſimulans dolos propinat?
An poſt prandia lactei puelli
Strix deſiocula, & cyclope fronte,
Græarum ſoror vna, de cauernis
Prodit Cimmeriis Iouis ſub æthram,
Dentemque, & ſocium ſerenat orbem?
Tam caſcas Alemanna neſcit ora
Matres, ſiue ſtriges: nouo cothurno
Orcheſtram quatit ecce Lutherine — Hæreſis Lutheri.
Ex ouo fata proditi cuculli;
Et retro numerans dies, & annos,
Iam iam proxima barridi Charontis
Extremo ſibi Iubilo parentat.
Sic Heroidos inſtar Indianæ

Com-

Componit ſibi Buſtuanda ſpon-
dam,
Longam dormiat vt quieta noctem.
Nos leſſum facimus, cadoq; mœſtas
Iam componimus integro fauillas.
Et nouiſſima verba flemus iſta:
Æternum moriere Lutherine.

EPICEDIVM LVTHERICI Iubilæi.

VOSNE etiam plauſus? vos? ô pudor,
o ſtupor: huc iam
Integra ab Anticyris horrea adeſſe
velim.
Vos plauſus, inquam, Luthericolæ Sym-
myſtæ.
Iubili Prædicantici excors ſtultitia.
Mancipia inſanæ putida ſtultitiæ?
Quis iam Democritus non tota hypa-
chondria ructet
Splenius, & riſu corruat ipſe ſuo?
Islebico Euantes centeſima ſacra Epi-
curo
Ducitis, & Salios ebria turba modos.
Illum raua tonant fauorum pulpita So-
lem
Papiſmi tenebris emicuiſſe nouum,
Illum

Illum & de cælo terris cecidisse prophetam,
Heliæ similem religione virum,
Hoc cauponarum vinosa sedilia verum,
Hoc de tonstrina sannio scurra probat,
Quin etiam orchestram plebeo Roscio mimus
Dramate, vix hirco dignus olente quatit.
Implentur buccæ, & laudum atria tota vomuntur,
Lutherum maior turba, minorq; crepant,
Æternaturas festiui encænia plausus
Argenti crustas diua Moneta liquat.
Aucupium obijcitur populis, pretioque triumphos
Lutheri inferiis verbiminister emit.
Obsecro barbatas cur tanta infantia mentes
Occupat, & vetulos cassa nuceta sinus? Lutherus vmbra, & nihil.
Lutherum in partes sectum, elumbemq; videtis,
Ridiculo infamẽ scommate vel pueris,

Quas

Quærite Lutherum, nusquam est, dispas ruit, vno
Nomine vix reliquus, decidit in nihilum.
Non tam Deiphobum lacerum crudeliter ora,
Ora manusq; ambas fabula plangit anus;
Quam lacer est creagra toties decoctus, & assus,
Sine Melanchthonica, siue Gebenniaca,
Iamque adeo cygno vestro, neque penna, neque vnguis
Amplius, aut etiã crena relicta manet,
Deplumem in cunis primo Carlstadius ortu
Lutheri Metempsychosis.
Morsicat, & carptim flagrio Grammaticus;
Flagrio quem Graio tumidum cognomine tellus
Æthiopem signat Maura fuisse nigrũ,
Hic Peliæ in cacabo coctũ bis terq; recoxit
Pseudeuangelij pessimus ipse coquus.
Hinc etiam Aegloxico discerptum abdomine glutit
Ille, cui in tergo lilia Franca rubent,

Quæ-

Quærite, Saxonicis forsan manet integer obbis,
Cautior & coctæ se illatebrauit aquæ.
Hic quoque iam infletam vomuit cum sanguine vitam;
Mactata pulsus religione miser.
Semirutas Suecorum ædes, an forte Danorum
Catholicis olim templa habitata tenet?
Hic etiã exutus cappag̃, habitug̃ priore
Ah paupertinum quam male sirma trahit?
Si redeat Phlegethonteo rediuiuus ab orco
Posthumus; ah ipsi vix sibi notus erit:
Non pudor est igitur tam festo Iubila cantu
Tollere, tam illepidis orgia stulta iocis?
Si de Luthero vel quinta Essentia restet;
Morio sim, si vos desipuisse putem:
Nunc nihil est reliquum nisi somnia, somnus, & vmbra,
Aegrotat vester, nec satis est, moritur,
Iam capulo impositum Alecto Caluinia portat,

Nemo

Nemo Lutheriacam vt nouerit esse fidem,
Funebre, si sapitis, potius iam extrudite carmen,

Mortuo exequiæ, non Iubilæum.

Hinc procul, hinc ludi, lætitiæq; vacent,
Soluite, dum effertur, sacra vespillonia Patri,
Hoc quoque luctifico figite lemma tholo.
Lutherus moritur, moritur patriarcha Lutherus
Mors tua, Caluini dogma, Luthere, fuit,
O miserum. & iam se Lutheri palliat vmbra
Illa Lemannensis turpior vmbra lacus.
Rem Caluinus habet, nomen Lutherus inane,
Decipimur, miseri dicite Lutheridæ.

ROTVNDA QVADRATIS.

Cur plerisq; Nummus Iubilæus quadratus? Ad prædicantes Nummularios.

FLagella verbi, pulpitorũ stẽtores.
Ex Veritatis atrio

Del-

Delphos meracos, & Sibyllam virginem
Proferre ſeſe grunniunt;
Cum veritatis nec pilum cognouerint
Mendaciorum Dædali:
Hoc lippus vt videre poſſet inſtitor,
Nucis propola venditæ;
Iuſſi monetam Veritatis cudere;
Non vt priora ſecula
Iam circulari te rotundant ambitu,
Semper rotunda Veritas,
Quid ergo? quadratura ruris cuditur:
O Veritatem ruſticam!

ALIA MONETÆ PRÆDICANTICÆ Lima.

QVADRA Lutherici crepis vſta eſt fornace moneta,
(Mutari quadris ſæpe rotunda ſolent)
Audijt hoc quiſquam, & vidit; quid tam ſimile? inquit:

Hoc etiam canibus Symbolon esse solet.

Vidi ego cum longo armatus canicida dolone
Signaret medio rostra canina foro;
Causa fuit miseris amissi tessera milli;
Absq; tamen naulo sic Acheronta petunt.

Cerea nos Agni in collo delectat imago;
Hæc eadem puero bulla senigq; datur:
Vos quoque quod collo iam suffigatis, habetis:
Sed tamen & millis ista moneta quadrat.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΩΝ ΝΕΟΕΥΑΓΓΕΛΙΚΩΝ ΝΟΜΙΣΜΑ ΤΟ ΙΩΒΟΛΑΙΟΝ.

Ὡς πραγμ' ἀργαλέον κρύψαι νόσον ἐμπεφυῦιαν,
Εἴτε φέρονθ' ὁσοφῶν ἄφρονα σχῆμα λαθεῖν;
Ἢ γὰρ ἁμαυρώσαι δῆτ' αἰσχρὸν ἔμελλεν ὄνει-
δος
Τμέων ἀφροσιώυς λήθη ἔσσαι πέλας·
Ὤνγε λιποψύχσοις πάλιν ῥεῖ πίστις ἐς ἄδλω,
Γεφυς ἑκατονταετὶς, χωλὴ, ἄμορφος, ἄνυς.

Αλλ'

Αλλ' ὑμεῖς μὴ ὅλοιτο τόσης ποτὲ μνήμη ἀνοίης,
Εγχράφεϊ ἀργυρέοις σύμβολα τῆσδε τύπις.
Μάρτυρες αὐτόματοι, νεοκμήτην αἵρεσιν εἶναι,
Τὴν πατέρων γ' ἀδεὶς οἶδε πρὸ ἡμετέρων.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΜΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΑΔΑΜΟΥ ΓΟΝΖΕΝΙΟΥ ΙΩΒΟΛΟΝ ΤΩΝ Νεοδιαγγελικῶν, καὶ τὸν θρῆνον τῶν Καθολικῶν.

Μυριάδας μερόπων ἑκατονταετηρίδα πᾶσαν
Ηπαφε παμπολύστας αἱρεσις ὀλομφή,
Τήν γε πανέργος ἀνὴρ, μοναχός τ' ἀπίρονος ἔπυξεν
Εις θεὸν, ὃς ἁγίας ὤπλ' ἀθέμιστα κροτῶν·
ΠΟΛΛΩΝ Δ' ἀνθρώπων ΨΥΧΑΣ ΑΙΔΗ ΠΡΟΙΑΨΕΝ,
Πολλὰ γ' ἂν ἀθανάτοις ἄστια πέρσε φίλα,
Τῶν γε καθ' ἀλλήλων ἐχθροὺς σώκρυσε πολίτας
Μαινομένως, νεαρῶν εἵνεκεν αἱρέσεων·
Ου γὰρ ὁμόφρονες ἁδ' αὐτοὶ δημηγόροι ἀϊδῶν,
Οσσαι γ' ἂν κεφαλαὶ δόγματα τόσσα σφίσιν.

Αλλὰ χ ὡς ὔπω σφέτερα φρενόωλης ὁρῶσι
Πήματα, τοῖσδε κακοῖς ἐντυφόωσιν ἑοῖς.
Οἷον ἐνὶ κρυπτοῖς ἀδεῶς κύρτοισιν ἀλέντες
Ιχθύες ἄλλοντμ ἀμφ' ἔδαρ, εἰς ὄλεθρον.
Ως οἱ ἑορτάζουσι πάγησιν ἐεργμένοι ἄδε,
Νήποι, ὅτι μέλει σφιν κακὰ τᾶ περὶ ποδῶν.
Τίπτ' ἄρα παγκλαυστοῖς τοιαύτην νοῦσον ἀμελίᾳ
Ἄρκιον ἀντίδοπν; ποῖον ὀνήσει ἄκος;
Ηὶ ἀλεξίκακος σωτηρικὰ φάρμακ' ΑΔΑΜΟΣ
Ατῶν ἐκ σφετέρων μίξε περιφραδέως·
Ει δ' ἄρα δ' ἀλιάσπ μελέων τάδε τεύματ' ἀκεῖσθαι,
Δῆλον, ὅτι ζωῆς ἐλπὶς ὄλωλε πάνυ.

EVANGELII NOVATI NVmus. Exclamare libet.

VOS Euangelii Fabii, vos poſt Thraſumeni
Dedecora, & Cannas reparatę gloria Romæ:
Vos oui tanti currucæ; nec puto maius
Ex Ledę nido exiluit Iouis incrementum,

Vos

Vos Tauromedico, vos Nilotæque leoni,
Matthæi genio, vos fulmineo Boanerges
Emplaſtrum feciſtis, & impoſitum Libitinæ
Vita inſufflata Paulum reuocaſtis ad auras,
Vos roſas blattis chartas, Papalia ſcruta
Scripturæ ſcoriam eraſiſtis, & emaculaſtis,
Egregii artifices. nemo iam cerdo Suburæ
Decertet vobis ſutura: ignobile nomen
Biblia, vos primum, vos defecaſtis amurca.
Hoc credat quiſquam capite aruinoſus obeſo
Veruecum in patria natus? quamuis modiorum
Myrias in populum ſignati depluat æris,
Quamuis quantum alias ferri fornacibus Ætnæ

Cyclopes verſant, tantum auri percutiatis,
Hoc tamen æternum non bracteolâ argenti,
Non raſæ inſculptum quadræue, orbiue Monetæ;
Sed Tarteſſiacis ſtabit programma Coloſſis:
Vos Euangelii Sirtes, Iernamque fuiſſe,
Sectores fidei, vos ſcripturæ crocodilos.

SECVLARIS NVMI COMmentum prædicabile.

PLEBS Iſacis factura Deum, cimelia furno
Eliquat, & vituli candida forma ſtetit:
Exod. 32. *Gazarum huc montes nuptæ, innuptæq; puellæ,*
Scriniaq; huc cogunt virq; puerq; Midæ:
Sic quibus à mento barbaï longa ſupellex
Pendula prociduos currit advſq; ſinus,
Vxorũ æruſcant olidarũ epiotia fratres,
Pſeudeuangelico ſacra futura Deo.

Argen-

Argenti flumen coquitur, Pactolus aheno
Feruet, & incudi massa parata calet.
Expectamus opus, quod postera secula narrent,
Phidiaco cælo maius, & ingenio,
Si non argento vitulus quoq; prodeat isto,
Prodigium, dicam, vidimus, ô superi!
Gaudia Lutheri vitulari dira cupido est,
Iubilaq; insuetis exululare modis.
Spumæ argentosæ coit in quadra segmina Pluius;
Omnib. ostentis hoc quoq; maius erat.
Non opus est vitulo, quando quo possit haberi
Sponte sua pretium vestra moneta dabit.

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 2. v. 7. *maiestate.* 23. v. 10 *edentes.* 112. v. 10. *veros.* 133. v 2. χερκώπων. 163. v. 4. *nominare.* 209 *in marg. Confessio Saxonicarũ* 219 *in marg. prætextu.* 229. v. 13. *damnatã* 263. *in marg. Colloquii.* 300. v. 2 *commutarant.* 309. *in marg spectra quo.* 335. *in marg. absorbebãt.* 356 ὀυκεὶς. 379. v 9. *respuentium.* 384 v. 16. ἀποσπασμάτον. 407. v. 9. παρλειηφυῖα. 420 v. 4. *mendaciorum.* 426. v. 7. *tentator.* 450. v 3. *à Capella.* 453. v. 1. *aliis. eadem.* v. 7. *Cœnæ.* 455. v. 12. *etiam.* 465. v. 19. *quĩ* 467 v. 7. *furiosa.* 470. v. 8 *operæ.* 474. v. 2. *gestum.* 477. *in marg. Hæresis semper dat progeniem vitiosiorem.* 478. v. 16. *singultu.* 479 v. antepen. *plaudis* 485. v. 12 *damnat.* 489. v. 1. *Et.* 489. *vers.* 16. *præmia.* 493. v. 18. *Vt.* 494. v. 12 *Britanniæ.* 494. v. 12. *Status.* 494. v. vltimo. *immitior.* 498. v. 5. *bracteæ.* 503. v. 3. *Eumenides.*



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-3



Digitized by Google